INDEX
RERUM & VERBORUM
IN
DISSERTATIONIBUS LAUTERBACHIANIS
ÆQUE AC
LANSIANIS
OCCURRENTIUM,

NUNC PRIMUM EDITUS, ATQUE AD SERIEM MATERIARUM, IN COMMODUM LECTORUM, ORDINE ALPHABETICO DIRECTUS.

TUBINGÆ,
APUD COTTAS FRATRES.
ANNO MDCCXXIX.

B. L.

QUi ad perfectionem quorumvis fere librorum & Syntagmatum desiderari solet, INDEX, res percommoda omnino & utilis, tandem & Novæ Dispp. Laut. & Lans. Editioni addi in gratiam B. L. debuit. Equidem ipsæ Disputationes istæ aliquam materiam ex professo, uti ajunt, tractantes, satis accurata & commoda methodo conscriptæ sunt, ut adeoque fere quis Indicem rem super-

ſuperfluam hic eſſe judicare poſſet: Cum vero nec omnes plane Diſs. ejusmodi ſint argumenti, neque etiam commoditatem commoditati ſuperadditam Lectori minus acceptam fore, creditum fuerit; & præterea quivis Index utilitatem conſpectus alicujus materiarum atque occaſionem facilioris examinis præbere poſſit; inde & hunc laborem, qui ſane & copiam & ſelectum ſua ſponte Tibi commendabit, benigne accipe, eoque in tuum commodum, omnem finem laudabilem, utere. Moras aliquas, quæ Editionem hujus Indicis aliquatenus retardarunt, culpæ ut non adſcribas, ſed ipſi conditioni temporis & circumſtantiarum, rogaris enixè.

Vale.

INDEX
RERUM & VERBORUM
LOCUPLETISSIMUS,
QUÆ
IN HIS IV. VOLUMINIBUS
DISPUTATIONUM
CONTINENTUR.

A.

ABIGEATUS.

ABigeatus pœna mitior quando imponenda? Diſp. 62. th. 56.

ABLATIVUS.

Ablativi duo poſiti abſolute reſolvuntur in conditionem & exponuntur per particulam conditionalem: Si, quæ tamdiu impedit, quamdiu purificata non eſt. D. 110. th. 13. n. 1. D. 103. c. 3. th. 22. num. 4.

ABOLITIO.

Abolitio remittit quidem accuſatori accuſationem peragendi, ſed non liberat a crimine, nec ab ejus pœna. D. 141. th. 63.

ABORTUS.

Abortum ad procurandum conſilium datum quomodo puniendum? D. 57. p. 2. th. 11. n. 5. Medicus ſciens prudensque dans conſilium, ut mulier ſervetur, an excuſetur? ibid. n. 6. 7.

ABSENS.

Abſens in cauſa criminali condemnari non poteſt. D. 141. th. 64. D. 69. th. 11. n. 1. fallit hodie in quibusdam locis D. 69. th. 11. n. 2. De Jure Wirtembergico in criminibus gravioribus non condemnatur, ibid. n. 6. ſed illorum bona tantum deſcribuntur & reſervantur eorum heredibus. n. 7. 9. 10. Secus de jure Civili. n. 8.

Abſens peregre ſtudiorum cauſa, ad patrium judicium vocatus, per ſe aut per procuratorem comparere neceſſe habet, nec juſtum deſiderium, donec ſtudiis abſolutis reverſus, differre petentis. D. 32. th. 2.

Abſente uno, jurisdictione pluribus mandata, reliqui in cauſa procedere, & valide quid ſtatuere nequeunt. D. 26. th. 2. niſi ipſis jurisdictio conjunctim & diviſim ſit mandata, *Sammt und Sonders*. ib.

Abſentes contra præſcriptionem biennii in querela non numeratæ pecuniæ reſtituuntur in integrum D. 142. §. 3. th. 22. n. 6.

ABSENTIA.

Abſentia voluntaria & malitioſa unius ex compromittentibus vocati pro præſentia non habetur. D. 10. th. 35. n. 8. Mercatorum favorabilis, & hinc reſtituendi, licet procuratorem relinquere potuerint. D. 100. th. 276.

Abſentiam propter omnem adverſarii præſenti læſo reſtitutio datur. D. 34. th. 3. niſi abſens procuratorem reliquerit, aut ad præſentis interrogationem ſpontaneus ſeſe obtulerit defenſor. ibid.

ABUSUS.

Abuſus merito uſus privatione punitur. D. 120. th. 17. n. 2.

ABZUG.
de hoc v. infra in voc. Detractio & Gabella.

ACADEMIA.

Academiam quocunque euntem comitatur Jurisdictio. D. 96. th. 51. n. 5. 6. D. 160. th. 10.
Academiæ an & qualem habeant jurisdictionem? D. 160. th. 10.
Academiarum visitationes ad Jus Superioritatis, non patronatus spectant. ib. th. 10. num. 18.
Academias cum privilegiis & immunitatibus erigere nemo nisi Imperator potest. D. 159. c. 6. th. 80. n. 3. D. 166. th. 56.
Academicus Senatus relegatum restituere potest. D. 6. th. 4. num. 2.
Academici Cives in materia appellationis quando pro extraneis in Ducatu Wirtembergico habeantur? D. 66. th. 76. n. 7.

ACCEPTILATIO.

Acceptilatio non est stipulatio D. 102. th. 16. hodie potest fieri citra interrogationis & responsionis solennitatem. ibid. inutilis vim pacti habet, ibid. th. 17. vim solutionis habet, & actionem ipso jure extinguit, æque ac naturalis rei debitæ solutio. D. 122. th. 31. n. 4. D. 139. th. 17. n. 2. dicitur imaginaria solutio. D. 122. th. 31. n. 4. D. 123. th. 32. n. 4. D. 139. th. 17. n. 2. imaginem solutionis gerit. D. 130. th. 30. n. 2. sub expressa conditione fieri nequit. D. 139. th. 17. n. 2. bene tamen sub tacita. ib.
Acceptilatione spe futuræ numerationis facta, utilis datur condictio causa data. c. n. sec. D. 102. th. 18.
Accepto qui fert, ita debitorem liberat, quasi sibi solutum esset. D. 130. th. 2. n. 2.

ACCESSIO.

Accessio accessionis non datur. D. 15. th. 13. n. 4.

ACCESSORIUM.

Accessorium destruitur destructo principali. D. 56. th. 58. n. 5. D. 122. th. 9. n. 7. Si est sublatum, non statim tollitur principale. D. 122. th. 9. n. 7. D. 20. th. 17. n. 6. 7. censetur mandatum, mandato principali. D. 11. th. 44. n. 3. quoddam contractus quandoque est verus contractus ib. th. 15. n. 1.
Accessoria naturaliter imitantur conditionem ejus, cui accesserunt. D. 161. th. 7. n. 3.

ACCIDENTIA.

Accidentia duo respectum ad se invicem habentia in uno subjecto concurrere non possunt. D. 56. th. 9. n. 1.

ACCIPERE.

Accipere a nemine valde inhumanum; sed passim, vilissimum, & omnia, avarissimum. D. 124. th. 15. n. 6.
Accipiuntur quædam honeste, licet inhoneste petantur. D. 108. th. 7. n. 12. D. 124. th. 15. n. 6.

ACCRESCENDI JUS.

Accrescendi jus locum habet inter verbis tantum, & re tantum conjunctos. D. 19. th. 42. D. 54. th. 32. D. 38. th. 16. locum non habet uno vel pluribus juste exheredatis. D. 36. th. 5. transit ad heredes. D. 118. th. 75. locum non habet in rebus semel acquisitis. D. 86. th. 84. manet penes hereditatis venditorem, & commodum exinde post venditionem quæsitum. D. 153. §. 1. th. 9. n. 1. 4.
Accrescendi jure portio alteri accedit, pluribus filiis inique exheredatis, uno vel altero querelam repudiante. D. 36. th. 5. portio hereditatis deficiens accedit coheredi, qui adiit hereditatem. D. 153. §. 1. th. 9. n. 2. etsi ipse suam portionem aliis restituerit. n. eod. ut quis gaudeat, non absolute necessarium ut quis ipse res hereditarias adhuc habeat, vel possideat. th. 9. n. 3.

ACCUSARE.

Accusare alterum de simili vel alio quodam crimine, pendente inquisitorio pro-

processu inquisitus de alieno crimine potest, prosequens suam suorumque injuriam. D. 119. th. 3. in causa criminali quilibet privatus sine speciali superioris concessione potest. D. 41. th. 6. n. 1. 2. Secus de Jure Wirtembergico & aliis in locis. ib. n. 3. seqq. ille potest, licet causa ad eum non pertineat. ib. th. 7. n. 1. Jure Wirtembergico hoc munere defunguntur Fisci procuratores. n. 2. an privatus possit de Jure Wirtemb. si id decenter petat? n. 3. seqq. in gravioribus delictis nequit frater sororem suam. D. 87. p. 1. th. 11. n. 15. Se invicem possunt fratres spirituales adoptivi, & patrueles. ibid. th. 8. & th. 9. n. 4. & th. 10. n. 10. se invicem non possunt fratres germani, consanguinei & uterini. ib. th. 15. & 16.

Accusans aliquem actor ex calore iracundiæ an audiendus? D. 92. th. 25.

ACCUSATIO.

Accusatio criminalis ab accusatione super facto in Ducatu Wirtembergico distinguitur. D. 69. th. 1. n. 7. in criminalibus erat frequentissima, hodie est rarissima. th. 2. n. 3. 4.

ACCUSATOR.

Accusator in criminalibus inscribere hodie non tenetur. D. 69. th. 8. n. 2. præstat hodie cautionem de lite prosequenda & satisfactione ratione injuriarum, & damnorum &c. præstanda. n. 3. quam cautionem in Ducatu Wirtembergico procuratores fiscales non præstant. n. 4. de Jure Wirtembergico accusationem oretenus proponere, & reus se defendere debet. ib. th. 10. quod & obtinet de foro Saxonico. n. 4. non habendus est is, qui iratus alicui temere crimen objicit. D. 92. th. 25. n. 4.

ACQUÆSTUS CONJUGALIS.

Acquæstus conjug. non intelligitur, nisi sociali ære alieno deducto. D. 4. th. 50. n. 2. est solius acquirentis, quem ante traductionem in domum conjux quæsivit. D. 128. c. 6. th. 3. n. 6. est quædam universitas. D. 4. th. 50. n. 3. a marito uxori legari potest, & quidem omnis, si non adsint debita socialia. n. 5. Licet nullus factus fuerit, maritus vero pro parte quæstuum acquirendorum uxori tempore contracti matrimonii promiserit certam summam, nihilominus uxori ad summam promissam obligatur. D. 128. c. 5. th. 14. n. 3. 4.

Acquæstus conjug. partem dimidiam de Jure Wirtembergico accipit uxor, licet nihil marito attulerit. D. 111. th. 26. n. 13. in partem, uxori debitam, legatum, a marito uxori relictum non est computandum. D. 128. c. 5. th. 15. n. 6. renunciatione uxor ejusque heredes a debitis constante matrimonio contractis liberantur. th. 16. n. 1. 2. an etiam ab illis, ad quæ semet una cum marito obligavit? n. 3. partem amittit pars adultera. ib. c. 6. th. 3. n. 1. 2. 3. pars debetur uxori, quæ propter sævitiam mariti aut non sua culpa cum marito cohabitare nequit. n. 6. partem ut quis ferat, cum conjuge cohabitare debet. n. 5. quid si uxor ob sævitiam quoad thorum & mensam separata? n. 8. partem non participat maritus ob delictum proscriptus, quem uxor interim acquisivit. th. 1. n. 7. partem an amittat vidua ob dissolutam & infamem vitam? ib. th. 4. n. 1. partem quando uxor amittat, casus remissive. ib. n. 2. qui citra specialem legis consuetudinem non sunt statuendi. n. 3.

Acquæstui conjug. uxor, si sese legitimo modo cum marito ex causa societatis obligavit, valide renunciare non potest. D. 4. th. 58. potest vero si maritus solus contraxit. th. 71. nisi ipsa fuerit prodiga. n. 6. an cedat palmarium advocato datum? D. 108. th. 19.

Acquæstum ad conjugalem non pertinent simpli-

ſimplices donationes. D. 108. th. 19. n. 3. nec donatio ob meritum facta,in quantum meritum excedit. n. 4. pertinent quæſita ex rebus dotalibus. D. 111. th. 63. n. 1. & ſeqq. pertinent fructus conſtante matrimonio percepti ex rebus adventitiis filiorumfamil. D. 38. th. 3.

Acquæſtu conj. a marito uxori legato, an uxor omne æs alienum occaſione hujus ſocietatis contractum exſolvere debeat? D. 128. c. 5. th. 14. n. 5.

Acquæſtu a conjugali communi deducitur æſtimatio rei peremptæ, ſi maritus omne rerum ab uxore illatarum periculum recepit, & res aliqua periit. D. 111. th. 26. n. 14. deducuntur quæ in communem familiæ uſum & neceſſitatem ſunt conſumptæ. th. 27. n. 9.

Ex Acquæſtu conjug. nihil illarum nomine uxor repetere poteſt, ſi res illius propriæ ipſius culpa perierint. th. 27. n. 14. etiam in Ducatu Wirtemb. n. 6. ſecus ubi conſuetudine aliud receptum. n. 5. an ſit refundendum damnum caſuale in rebus illatis datum. th. 53. reſarciendum quicquid ſocietatis conjugalis gratia amiſſum vel conſumptum. th. 55. n. 9. Sed quid ſi nullus adeſt acquæſtus? n. 10. vid. Societas bonorum conjugalis.

ACQUIRERE.

Acquiſitæ res licite præſumuntur. D. 128. c. 4. th. 19. n. 2.

Acquiſitum tantum cenſetur, quantum occupatum. D. 130. th. 24. n. 3.

ACTA.

Acta judicii quid? D. 133. th. 14. n. 2. generaliter judicantur, ubi aliquid fit authoritate judicis, etiam extra locum judicii. th. 2. n. 2. præprimis ſi ſint voluntariæ jurisdictionis. n. 3.

Acta, inter publica monumenta relata, perpetuam habent firmitatem. D. 133. th. 15. n. 3.

Acta pro Salario Advocati retinere poſſunt. D. 108. th. 48. n. 2. D. 124. th. 38. n. 9. retinere nequit pro palmario. D. 108. th. 48. n. 2. Secus ſi acta publica ſunt. D. 123. th. 24. n. 8. 9. D. 124. th. 38. n. 10.

Actis in petendis a judice prioris inſtantiæ triginta dies conceduntur. D. 138. c. 3. art. 4. th. 4. n. 12.

vid. Tranſmiſſio actorum.

ACTIO.

Actio obligationis filia. D. 104. p. 1. c. 3. th. 5. n. 2. non quævis, ex qua quis ob dolum condemnatur, reum reddit infamem. D. 53. th. 25. perſonalis & hypothecaria alternative quidem proponi, proprie tamen cumulari nequeunt. D. 28. th. 15. Licet de debito certo conſtet & debitor fateatur debitum. ib. realis quemcunque ſequitur, non eſt catholicum. D. 117. th. 19. contra illum ipſo jure ceſſat, qui rem plane non poſſidet, & nuda allegatione, tibi contra me non competit actio, actor repellitur. D. 106. th. 6. n. 2. realis, quatenus conſideratur ut inſtituenda, ex poſſeſſione eſſe dicitur. th. 6. n. 4. datur etiam jure ex pacto geminato. concl. 14. competens redditur inutilis quando debitor ſolvendo eſſe deſinit. D. 111. th. 62. n. 1. ubi nulla ſupereſt, nulla quoque ejus eſt ceſſio. D. 120. th. 16. n. 7. vera eſt, quæ ipſo jure competit & exceptione perimi nequit. th. 39. n. 3. eadem competit, ubi eadem actionis cauſa. D. 122. th. 27. n. 1. ceſſa ubi eſt ipſo jure extincta, ibi nec utilis competit actio. D. 149. tit. 2. th. 4. n. 11. directa & contraria quæ? D. 57. th. 17. n. 6. rei perſecutoria perpetua eſt. D. 1. th. 41. n. 5. per procuratorem ſtipulantem principali ſuo acquiritur. D. 18. th. 43. n. 3. Secundum naturam rei, pro qua competit, judicatur. D. 7. th. 24. n. 3. pro rebus im-vel mobilibus competens vel im-vel mobilibus bonis annumeratur. ib. th. 24. & 25. ſtricti juris, pure, tantum in loco

co, ſolutioni deſtinato, inſtitui poteſt. D. 146. tit. 4. th. 2. n. 4. quæ 30. annis perire ſolet, conteſtata interim, & poſtea omiſſa, ipſa conteſtatione in 40. annos extenditur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 6. n. 3. quæ dicitur ſimpliciter dari in heredem, non ſemper intelligitur, dari in ſolidum. D. 136. th. 35. n. 8.

Actionis Homonymia. D. 136. th. 2. nomen in libello ut expreſſe adjiciatur, non requiritur. D. 28. th. 11. D. 129. th. 17. n. 8. licet in cauſa illa plures concurrant actiones. D. 28. th. 11. D. 119. th. 6. Objecto extincto, ipſa quoque extincta eſt ad illud competens actio. D. 111. th. 62. n. 1. nomen generale eſt omnium, ſ. in rem ſ. in perſonam actionum. D. 120. th. 23. n. 2. realis libellus, qui in heredem tantum concipitur, omiſſa poſſeſſionis mentione, tanquam ineptus rejicitur. D. 136. th. 2. n. 8. pretium juſtum unde æſtimetur. D. 153. §. 2. th. 29. ſeqq.

Actionem nullam habet, cui propter injuriam adverſarii inanis facta eſt. D. 3. th. 17. n. 6. D. 64. th. 32. n. 3. habere minus eſt, quam rem ipſam. D. 100. th. 19. n. 8. D. 76. th. 6. n. 2. D. 125. c. 3. th. 18. D. 153. §. 2. th. 29. n. 1. qui habet, ipſam pecuniam interdum habere dicitur. D. 104. c. 2. th. 10. n. 6. 7. qui habet ad rem petendam, juris tantum fictione ipſam rem habere videtur. D. 125. p. 1. C. 3. th. 18. realem adverſario parit poſſeſſio. D. 106. th. 6. n. 4. nomine proprio & procuratorio intendere diverſa ſunt. D. 120. th. 29. n. 3. nullam habere & habere actionem, cui perpetua obſtat exceptio, in jure paria ſunt. D. 122. th. 3. n. 3.

Actione nulla tenetur, qui tempeſtate coorta, laborante navi, levandæ navis cauſa merces alienas ejicit in mare D. 47. th. 3. Sed quid ſi dolo hoc fecit vel culpa. ib. Priore reſtituta, omnia ejus privilegia reſtituta & non ſolum in veterem debitorem, ſed & in ejus fidejuſſores actio reviviſcit. D. 114. th. 6. etiam hypothecaria. ib. In omni tempus obſervare longe eſt pulcherrimum. D. 138. procem. n. 2. In non intentanda Scholaribus, i. e. militibus, quibus commeatus datus eſt, quinque menſes obtinent. c. 3. art. 6. th. 2. n. 5. juſto, licet minori, pretio vendita, debitori jus retrahendi non competit. D. 153. §. 2. theſ. 43. Secus in Ducatu Wirtembergico. n. 2. Famoſa heredes condemnati non fiunt infames. D. 136. th. 40. n. 5.

Actiones arbitrariæ nec bonæ fidei nec ſtricti juris ſunt. D. 19. th. 92. Rei perſecutoriæ ex contractibus tam bonæ f. quam ſtr. juris, in heredes dantur in ſolidum. ib. th. 93. Etſi ob dolum defuncti. ib. Tantum, quæ ex contractibus diplevris oriuntur, bonæ fidei non ſunt. ib. th. 94. mixtæ dantur. ib. th. 95. D. 106. concl. 11. Pro rebus immobilibus competentes nonnunquam ipſis rebus immobilibus comparantur. D. 53. th. 11. D. 125. c. 3. th. 14. n. 2. Pro rebus mobilibus competentes, mobilibus annumerantur. D. 125. c. 2. th. 14. n. 2. th. 15. n. 2. Pœnales ex delicto deſcendentes contra ſingulos competunt in ſolidum, ita ut nec unius præſtatio reliquos ſocios criminis liberet. D. 26. th. 8. Prætoriæ pœnales ſunt annuæ. D. 27. th. 7. ex delicto venientes, quamvis ratione Rei ſint pœnales, & contra ſingulos competant in ſolidum, tamen liberat unius præſtatio etiam reliquos, ſi ratione Actoris dantur ad intereſſe. ib. th. 19. Privatæ ex delicto, etiam pœnales, heredibus competunt. ib. th. 20. D. 117. th. 40. Limit. D. 27. th. 20. Reales regulariter dantur contra quoscunque poſſeſſores, qui rei reſtituendæ habent facultatem.

D. 106. th. 5. n. 1. Reales oriuntur ex jure in re. th. 5. n. 2. Reales contra rem ipſam diriguntur. ibid. Perſonales in rem ſcriptæ perſonalibus actionibus annumerantur. th. 11. n. 4. Perſonales in rem ſcriptæ a natura realium actionum id participant, quod rem ſequantur, & ſub qualitate vindicationis contra rei poſſeſſorem jure inſtituantur. ibid. & D. 136. th. 8. n. 9. Et jura non continentur in donatione bonorum mobilium & immobilium, etiam adjecta dictione quorumcunque. D. 110. th. 1. n. 6. Ipſæ in alium transferri nequeunt, ſed tantum illarum exercitium D. 120. th. 3. n. 1. 2. utiles actionum emptori & ſimilibus ſtatim poſt perfectum contractum etiam ante mandatum ſ. ceſſionem dantur. D. 120. th. 8. n. 5. D. 121. c. 3. th. 6. Sed non directæ. ib. Omnes, quæ ſpecialiter exceptæ non inveniuntur, licite aliis ceduntur. D. 120. th. 23. n. 4. Litigioſæ ad alios, niſi ex cauſa dotis, donationis propter nuptias, legati, diviſionis & transactionis non transferuntur. ib. th. 26. n. 9. Perſonales ejus ſunt naturæ, ut non poſſint abire e perſona primi acquirentis, cujus quaſi oſſibus ſunt infixæ, & perſonam ſequuntur, ſicuti corpus umbra. ib. th. 28. n. 3. Ejus ſunt naturæ, ut a primi acquirentis perſona in totum avelli nequeant. ib. th. 7. n. 2. Reales aliquando contra non poſſeſſorem, aliquando non contra poſſeſſorem dantur. Diſp. 118. th. 2. Reales quodammodo in rem ipſam diriguntur. D. 122. th. 24. n. 3. Obliquæ, ut Inſtitoriæ, Exercitoriæ &c. an adhuc in uſu ſint? D. 129. th. 17. n. 7. & ſeqq. Tanquam partes continentur in hereditate, & ſic cum ipſa hereditate tranſeunt. D. 136. th. 6. n. 3. Quænam competant propter Regalia? D. 166. th. 285. ſeqq. Prætoriæ quæ ſint? D. 138. c. 3. art. 7. th. 2. n. 2. Prætoriæ pœnales anno præſcribuntur. ibid. Rei perſecutoriæ reſciſſoriæ anno præſcribuntur. ibid. Omnes regulariter præſcribuntur triginta annorum ſpatio. ib. th. 6. n. 1. Tam reales, quam perſonales, ſimplices, & mixtæ. ibid. De rebus minorum, vitioſis & furtivis, vi poſſeſſis, Præſidi contra L. Jul. repetundarum donatis, rebus tanquam feudum poſſeſſis, & bonis filiorumfamil. competentes. ibid. Criminales vendi & cedi nequeunt. D. 153. §. 2. th. 16. Populares vendi & cedi nequeunt. *ibid.* Litigioſæ vendi & cedi nequeunt. ib. Populares quid? D. 136. theſ. 26. n. 1. Cui dentur? n. 2. 3. Ante litem conteſtatam nec active nec paſſive tranſeunt in ſucceſſores. n. 4. ſeqq. Quid ſi plures agere velint, quis præferendus? ibid. Anno præſcribuntur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 2. n. 2. Limit. ibid. An comprehendantur ſub hypotheca omnium bonorum? D. 158. tit. 1. th. 17. Et jura an tacite locatori ſint obligata, chirographis vel aliis conductoris inſtrumentis in ædes illatis, quibus illa probantur. ib. tit. 2. th. 88. Et jura in eod. loco exiſtere non dicuntur, ubi chirographa & inſtrumenta exiſtunt. ib. n. 3. Et jura certo loco non circumſcribuntur. ibid. n. 4. Et jura non continentur ſub appellatione rerum vel bonorum, facta relatione ad certum aliquem locum. ib. n. 4. Bonæ fid. *loci* adjectione non fiunt arbitrariæ, ſed *illis* h. qualitas natura ineſt. D. 146. tit. 4. th. 2. n. 3. Quænam anno præſcribantur? D. 138. c. 3. art. 7. th. 2. num. 2. Omnes generaliter, quæ 30. annis non exſpirant, quadragenaria præſcriptione perimuntur. ib. th. 6. n. 3. Competentes Eccleſiæ & piis locis 40. annis perimuntur. ib. n. 3. Etiam Romanæ. ib. & th. 7. n. 3. Fiſcales 40. annis tolluntur, ſi fiſcus vindicet ea, quæ habuit & ami-

& amisit. ib.th. 6. n. 3. Vendi & cedi possunt regulariter omnes. D. 153. §. 2. th. 11. n. 1. Reales & personales. ib. n. 2. Possessoriæ & petitoriæ. ib. n. 3. 4. 5. Pœnales & rei persecutoriæ. ib. Ordinariæ & extraordinariæ persecutiones, e. gr. restitutio in integrum ob ætatem. ib. Præsentes & futuræ. ib. n. 6. vel ex conventione conditionali, vel ex legato & fideicommisso sub conditione relicto. ib. Hereditatis petitio. ib. th. 12. n. 1. Querela inoff. test. ib. n. 2. Personalis L. confessoria ad usumfructum vel habitationem competens. ib. n. 3. injuriarum æstimatoria. ib. n. 4. Quæ donatio ob ingratitudinem revocatur. ibid. th. 13. Extraordinaria fideicommissi universalis persecutio. ibid. thes. 15. Vendi & cedi non possunt criminales. ibid. thes. 16. Populares, Litigiosæ, Personalis & confessoria ad usum petendum. Qua agitur ad uxorem ducendam & exigendam. Ad rem jure sanguinis retrahendam. th. 17. Secus est in retractu conventionali. ibid. An actio annuos reditus redimendi & luendi a debitore vendi & cedi possit, & de retractu emphyteuticario. remiss. th. 18. Transeunt reales active ad heredes & similes successores, passive vero possessorem juris sequuntur. D. 136. th. 2. n. 8. Personales in rem scriptæ transeunt cum re singulari adversus singularem successorem. ibid. th. 8. n. 9. Personales transeunt in heredem active & passive. th. 9. n. 2. Licet hereditas non sit solvendo. n. 2. Limit. ib. & th. 10. n. 2. In heredem in re certa, qui solus in testamento scriptus, nullosque habet coheredes. ib. th. 10. n. 3. 4. 5. Aut coheredes quidem habeat, illi tamen hereditatem non adierint. n. 6. 7. 8. In plures heredes, vel simpliciter, vel ex certis partibus institutos pro hereditaria tantum portione. th. 11. n. 1. 2. In heredem rerum castrensium a milite scriptum, respectu earum rerum competentes, reliquis ad heredem paganum devolutis th. 11. n. 3. Adversus successores feudales in feudo hereditario. th. 12. n. 1. seqq. s. filius, s. agnatus in h. feudum succedat. n. 6. Aut agnatus bona Vasalli allodialia repudiare & feudum tantum retinere velit. n. eod. & n. 7. Adversus successores, si sunt debita hereditaria & feudum novum. ib. th. 13. n. 5. 6. it. si feudum sit antiquum, & successores sint heredes in allodialibus. ib. n. 7. Adversus successorem feudi filium regulariter. ibid. n. 8. 9. In heredem fideicommissarium active & passive, utiles scil. th. 14. n. 2. In bonorum possessores hereditariæ, active & passive. ib. th. 15. In arrogatorem sine cessione. th. 16. n. 1. Secus hodie, nisi quatenus est legitimus peculii adventitii administrator. n. 2. 3. In eos quibus bona defuncti libertatum conservandarum causa addicta sunt. th. 17. In fiscum bona ob delictum publicata vel vacantia occupantem pro ratione scilicet bonorum occupatorum, active & passive. th. 18. In Collegia certa universitatem bonorum sine herede defuncti, ex speciali privilegio acquirentia, active & passive. th. 19. n. 1. In monasterium succedens in bona illorum, qui illud ingrediuntur. th. 19. n. 2. In heredem active & passive ex mutuo competentes. D. 142. §. 1. th. 23. n. 1. Quæ ex pollicitatione legitima veniunt adversus pollicitantis heredes. D. 136. th. 20. n. 3. Limit. n. 4. & dantur vel in solidum, vel cum certa diminutione. n. 5. 6. 7. Ex nudis pactis descendentes in heredes, active & passive, de moribus scilic. th. 21. n. 3. 4. Secus de Jure Civili. n. 2. Ex pacto legitimo descendentes active & passive. th. 22. n. 2. Ut actio constitutæ pecuniæ.

niæ. ibid. Actio ex donatione competens, quæ etiam adversus donatoris heredes datur in solidum. n. 3. 5. Actio ad rem m. c. donatam exigendam, donatore sc. ante donatarium mortuo. n. 4. Ex pactis, contractibus adjectis, venientes. ibid. th. 22. n. 6. Ex contractu descendentes regulariter active & passive. th. 23. n. 1. 2. 13. s. oriantur ex contractu s. quasi. n. 3. s. contractus ipsi sint personales & morte contrahentium extincti fuerint. n. 4. Licet in contractu nulla heredum facta fuerit mentio. n. 5. Vel particula taxativa contrahentis personæ sit adjecta. n. 6. 7. Ex contractibus descendentes, etiam ob dolum defuncti, in solidum. th. 23. n. 8. Non tantum in bonæ fidei, sed & stricti juris negotiis. n. 9. seqq. Limit. th. 24. n. 1. Ex delictis privatis pro rebus ablatis recuperandis, & vindicandis delictis, quibus aliquid ex patrimonio fuit ademptum, competentes, active in creditoris successores. th. 27. s. lis contestata, s. non. n. 5. s. rei persecutoriæ sive mixtæ, sive mere pœnales. n. 5. seqq. Rei persecutoriæ active in successores, etiamsi veniant ex delicto. th. 28. num. 5. Ad meram vindictam competentes post litem contestatam in actoris successores. th. 30. n. 1. 2. Ex delictis privatis descendentes, post litem contestatam contra heredes in solidum. th. 36. Ampliat. ib. s. illæ actiones sint civiles, s. criminales. th. 37. n. 1. 2. 3. Modo non agatur criminaliter ad pœnam corporalem delinquenti infligendam. n. 4. s. lis vere, s. ficte sit contestata. th. 38. n. 1. 2. Quid si missio ex primo decreto in bona malitiose absentis sit facta? n. 3. Aut libellus Principi oblatus, & hic rescripserit. n. 4. 5. 6. 7. Aut sententia contra reum jam sit lata. n. 8. Ex delicto contra heredes Jure Canonico usque ad hereditatis & rei ablatæ quantitatem, licet nihil ex eo ad illos pervenerit, nec lis sit contestata. th. 39. Quid de praxi? ib. Personales non transeunt in successores singulares. D. 136. th. 8. n. 5. seqq. Hereditariæ directæ nec active, nec passive in emptorem hereditatis. th. 8. n. 6. In heredem in re certa nec active nec passive. th. 10. n. 2. seqq. & th. 14. n. 2. Limitat. th. 10. n. 2. seqq. In feudo ex pacto & providentia regulariter adversus successores. th. 13. n. 1. Limit. n. 2. 3. In feudo antiquo adversus successores, qui non sunt successores in allodialibus, ratione debitorum hereditariorum. ibid. n. 7. In heredem fiduciarium post SCtum Trebell. cum effectu. th. 14. n. 1. 2. Nisi ipse fiduciarius partem retinuerit. n. 3. In heredem, qui, certa re vel summa deducta, hereditatem restituere rogatus. ibid. n. 4. Si inter partes conventum fuerit, ne actiones in heredes & successores transeant. th. 24. n. 1. Sic, si conventum, ut uno fidejussore mortuo, debitor in ejus locum alium substituat. n. 2. 3. Quibus tale quid petitur, quod a debitoris heredibus præstari, aut in heredes creditoris transire non potest. ibid. n. 4. Ut actio ad petendum usumfructum. n. 5. Quæ competunt ad factum promissum præstandum, quod personæ adhæret, & ubi specialiter promissoris industria electa. ib. n. 6. Quæ veniunt quidem ex contractu, sed ob delictum concurrens, vel dolum defuncti ex parte pœnales sunt. n. 7. 8. 9. e. gr. actio tributoria, actio depositi miserabilis. n. 10. 11. Ex delicto descendentes ante litem contestatam adversus successores. th. 26. num. 6. & th. 31. Quid si ex quasi delicto descendant? th. 31. n. 5. Ex delictis vere publicis descendentes in successores nec active nec passive

passive, etiam lite jam cœpta & contestata. th. 25. n. 4. 5. 7. Populares ante litem contestatam in heredes, nec active nec passive. th. 26. n. 4. seqq. illæ, quæ descendunt ex delictis ante litem contestatam, & competunt pro vindicandis injuriis personis illatis, active. th. 28. n. 1. Secus in actione ad palinodiam. n. 4. 5. & th. 30. n. 3. 4. & th. 36. n. 5. Vel si injuria Collegio, Universitati &c. illata. th. 28. n. 6. In factum, quæ dantur contra illos, qui adversus edictum aliquem sine venia in jus vocarunt active. th. 29. n. 1. Quibus donator ob donatarii ingratitudinem agit ad donationis revocationem active. th. 29. n. 2. D. 153. §. 2. th. 9. Ex delicto mere pœnales ante litem contestatam adversus successores. D. 136. th. 32. Etiamsi ad illos aliquid pervenerit. n. 5. & seqq. Sed qua actione h. turpe lucrum extorquendum? n. 6. 7. 8. Mixtæ rei & pœnæ persecutionem habentes passive. th. 33. n. 1. 2. Limit. si aliquid ex delicto ad successores pervenerit. n. 3. & th. 34. n. 1. Quatenus censeatur perventum? th. 33. n. 4. 5. 6. 7. Sublim. in actione vi bon. rapt. th. 34. Ex delicto venientes rei persecutoriæ adv. heredes, nisi in quantum aliquid ad eos pervenerit. th. 35. Si in successores transierunt, illi ut principales iisdem conveniri possunt. D. 136. th. 40. n. 1. Nec litis reassumptio, lite jam cœpta, necessaria est. n. 2. Secus de moribus nostris. n. 3. Neque qualitas obligationum & actionum in personis successorum mutatur. n. 4. Pœnales in bonis computantur & cum aliis bonis ad heredes & successores transeunt. D. 136. th. 27. n. 6. Pœnales ante litem contestatam morte Rei extinguuntur, nec contra heredes competunt. ib. th. 32. n. 5. Pœnales civiles quænam anno præscribantur? D. 138. c. 3. art. 7. th. 2. n. 2. An ab uno ad alium per cessionem formaliter transferri possint? D. 153. §. 2. th. 38. n. 2. Quomodo confundantur? v. Confusio. Cumulari nequeunt quæ invicem sunt contrariæ. D. 28. th. 15. It. Præjudiciales. ib. It. quæ elective concurrunt. ib. An personalis & hypothecaria? ibid.

Actionum cumulatio regulariter est licita. D. 28. th. 15. Quando non? ib. Quando fieri possit, duabus actionibus ex uno delicto venientibus? D. 1. th. 43. n. 4. Humanarum duo sunt principia. D. 20. th. 1. D. 130. th. 1. Transitio. Quid? D. 136. th. 3. n. 1. Est vel activa vel passiva. n. 2. Quatenus dicatur Juris Civilis? th. 4. Transitionis causa proxima quænam? ib. th. 5. & 6. Omnium fiscalium in præscriptione, excepta causa commissi & bonorum vacantium viginti anni exiguntur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 5. n. 4. Cessio. v. Cessio. Venditio quid? D. 153. §. 2. th. 1. Licita est. th. 2. Perficitur solo contrahentium, creditoris venditoris sc. & emptoris consensu. §. 2. th. 3. Etiam inscio vel invito debitore. ib. contrahitur ab illis, qui etiam alias res vendere & emere possunt. th. 4. An a potentioribus? n. 2. Quinam & quo respectu tales dicantur? ibid. An inter Christianos & Judæos? th. 5. Quid si talis venditio in judicio facta, & actis insinuata? ib. Aut tale debitum nulla usuraria pravitate laboret? th. 6. 7. An a tutoribus & curatoribus ratione competentis actionis contra pupillos & minores, quorum tutelam & curam gerunt vel gesserunt? th. 8. An a militibus? th. 9. An a clericis? th. 10. Semel contracta a cedente revocari nequit. §. 2. th. 87. n. 1. Ampl. n. 2. Non extinguitur morte emptoris. ib. th. 88. n. 1. Ampl. n. 2. Nec morte vendi-

toris cedentis. th. 89. n. 1. Nisi actio vendita in heredes actoris non sit transitoria. th. 90. Venditor & cedens ex h. actionum venditione emptori obligatur ad actiones venditas cedendas & præstandas. D. 153. §. 2. th. 19. Non tantum principales, sed & accessorias. th. 27. 28. Cedere tenetur omne jus quod ex illa causa etiam adversus debitorem, & adversus intercessores habet. ibid. Actionem veram & ad se pertinentem præstare debet. ibid. th. 30. seqq. Quæ vera actio hic dicatur? th. 31. Emptori de evictione tenetur, si actio vendita & cessa fuerit evicta. ib. th. 33. n. 1. Limitat. n. 2. Non tenetur bonum nomen præstare, vel locupletem debitorem. ibid. th. 34. n. 1. Licet periculum jam tempore venditionis adfuerit. ib. Aut ipse evictionem expresse promiserit. n. 2. Aut emptor debitorem non solvendo esse ignoraverit. ib. Limit. nisi venditor sciverit, debitorem cessum breviter decocturum aut inanem actionem esse, idque emptorem celaverit. n. 3. An emptori ob probabilem errorem succurrendum? ibid. Tenetur nomen bonum præstare, si tale expresse, vel verum & bonum, aut simpliciter bonum nomen promiserit. ibid. th. 35. Si ipse verum & bonum nomen promiserit, liberatur, si debitor tempore venditionis solvendo fuerit. th. 36. Quid de debito conditionali, vel in diem? ibid. Post cessionem etiam est & manet creditor & actionum cessarum dominus. ib. th. 38. n. 2. Post cessionem, re adhuc integra, contra debitorem suum valide agit. th. 39. n. 1. Debitorem liberat solutionem recipiendo, paciscendo vel transigendo. ib. & n. 2. Facultatem solutionem accipiendi, paciscendi, vel transigendi quando amittat? ib. th. 40. An per solam debitoris cessi scientiam aliunde, quam ex cessionarii denunciatione acquisitam? th. 41. seq. An superfluum, quod pretii, quod accepit, quantitatem excedit, petere possit? ib. th. 78. sqq. Si nullum reliquit heredem, emptor & cessionarius utilem quidem, sed non directam instituere potest actionem. ibid. th. 90. Quid si vivente venditore cedentis contestata? ib. Emptor & cessionarius statim post venditionem perfectam, etiam ante cessionem, ex Rescripto D. Pii, habet actiones utiles, quibus suo nomine experitur. Disp. 153. §. 2. th. 46. n. 3. Etiam accessorias. ibid. th. 27. Directis actionibus agere nequit, etsi fuerint a venditore cessæ. th. 21. Per Actionum cessiones non rerum debitarum, neque actionum dominus fit, sed exercitium tantum actionum illarum consequitur, & procurator in rem suam efficitur. ib. th. 46. n. 1. 2. v. Procurator in rem suam. Cessio. Retinet actiones utiles, cum quo effectu? n. 3. Appellatione creditoris debitoris cessi venit. n. 4. Cedenti concurrenti in exigendo præfertur. n. 5. Ampl. licet cessionarii litis contestatio, partis acceptio, vel denunciatio non præcesserit. n. eod. Aut ipse post sententiam pro cedente latam demum supervenerit. n. eod. Quid si emptor vel cessionarius partis & conventis non steterit. th. 47. Procuratorem constituere juramentum deferre, compromittere, solutum accipere, &c. potest. ib. th. 48. Utitur jure cedentis. ib. th. 49. n. 1. Etiam quoad jus paratæ executionis. n. 2. Etiam tacita hypotheca. n. eod. Non gaudet personalibus cedentis privilegiis. ibid. thes. 50. seqq. Quid si cessio facta esset periculo cedentis & cessionarius ageret actione directa? th. 55. Non gaudet jure prælationis, quod uxori in dote competit. th. 53. Fisci privilegiis

legiis, etiam personalibus & non causæ inhærentibus gaudet. th. 54. Non utitur in actione cessa propriis privilegiis. ib. th. 56. A debitore quid petere possit? th. 57. n. 1. Quid si pro incongruo & exiguo pretio actionem comparavit? v. Lex Anastasiana. Probare debet quantitatem pretii, quod ipse pro actione cessa dedit. th.74. Superfluum, quod pretii soluti quantitatem excedit, exigere nequit. th.75.n. 1. Ampliat. ib. Cujus lucro cedat? th.77.sqq. Usurarum usuras petere nequit. ib. th. 86. In Concursu primus secundo præferendus. ibid. th. 87. n. 2. Licet secundus primum debitori cessionem denunciaverit. n. eod. Actiones, quas vel suo, vel ex persona cedentis habet, ad heredes suos, lite etiam nondum conteſtata, transmittit. ib. th. 88. Emptori opponi possunt non tantum exceptiones facti, sed etiam reales juris exceptiones. D. 153. §. 2. th. 32. Quænam? ibid.

Actionibus personalibus annumeratur interdictum unde vi. D. 106. th. 13. n.4.

Actiones cedendo heres liberatur in nominis legato. D. 97. th. 13. Inter directas & utiles, quoad effectum parum interest. D. 103. c. 5. th. 3. n. 4. Item inter civiles ex contractu, & prætorias de in rem verso. ibid. Alienas in solidum aut pro re nostra sæpissime accipere cogimur. D. 120. th.8. n.2. Cedere & ex titulo mandare an differant? D. 153. §. 2. th. 24. 25. Utiles dare & venditas cedere an differant? ibid. th. 25. n. 2.

Actionibus in universalibus & generalibus, ut res certæ in libello exprimantur, non necessarium. D. 28. th. 11. Realibus convenitur possessor f. civiliter f. naturaliter possideat. D. 106. th. 5. n. 3. Licet tantum alterius nomine sit in possessione. ib. Realibus jure conveniuntur commodatarius, depositarius, colonus &c. ib. In realibus ex parte actoris jus in re, ex parte rei possessio est necessaria. ib. th. 6. n. 1. Ex parte rei sufficit etiam naturalis possessio & nuda detentio. ib. th. 15. n. 3. Personalibus agitur regulariter tantum cum illis, qui actori legitima ex causa ad rei præstationem obligati sunt. ib. th. 11. n. 2. Non vero cum aliis, etiamsi ipsi rem præstandam nomine debitoris possideant. ibid. Realibus non semper heredes tenentur. D. 122. th. 24. n. 3. seqq. In personam, tempora præscribentibus in legibus & edictis locum habet computatio naturalis. D. 138. c. 3. art. 1. th.4. n. 2. In omnibus temporalibus locum habet computatio naturalis. ibid. th. 4. n. 1. In prætoriis omnibus temporalibus intelligendum est tempus utile. c. 2. th.2. n. 12.

In Actionibus cessio est, quod in rebus est traditio. D. 153. §. 2. th. 13. n. 2.

ACTIO ÆDILITIA.

Actio ædilitia datur in solidum contra illum, cujus in societate pars est maxima, vel nulla parte minor. D. 129. th. 36. n. 6. v. Actio redhibitoria. Edictum ædilitium.

ACTIO ÆSTIMATORIA.

Actio æstimatoria f. de æstimato quid? D. 157. §. 2. th. 13. n. 2. 3. Oritur ex contractu æstimatorio. n. 1. Locum non habet, si quis alteri rem in genere justo pretio vendendam commisit. ibid. th. 3. n. 4.

Actione æstimatoria repetit tradens, rem certo pretio vendendam, id, quod pretium determinatum excedit. D. 122. th. 14. n. 7. Reus conventus electionem habet, an rem restituere, an vero pretium solvere velit. D. 157. th. 13. n. 3. Quid si accipiens pluris rem vendiderit, ad quem pertineat superfluum? n. 4.

In Actione æstimatoria annus unus servatur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 2. n. 2. Casibus illis, quibus redhibitoria 30. diebus perimitur, sex menses obtinent. ib. c. 3. art. 6. th. 2. n. 6.

ACTIO ARBORUM FURTIM CÆSARUM.

Actio arborum furtim cæsarum in quantum denegetur usufructuario? D. 62. th. 32.

ACTIO DE CALUMNIATORIBUS.

Actio de calumniatoribus heredibus non competit, sed datum saltem repetunt. D. 136. th. 27. n. 8. Quando detur? ibid. n. 10.

ACTIO COMMODATI.

Actio commodati directa quid? D. 146. tit. 6. §. 2. th. 2. n. 1. Qualis? n. 2. Quibus competat? th. 3. n. 1. Datur furi & prædoni, qui rem furtivam commodavit. §. 1. th. 5. n. 1. Datur adversus plures heredes pro rata & portione hereditaria. §. 2. th. 3. n. 1. Nisi unus facultatem totius rei restituendæ habeat, aut ex suo facto conveniatur. ibid. Datur adversus plures commodatarios, sed quatenus? ibid. n. 2. Datur ad rem commodatam integram & salvam in loco, in quo fuit commodata, propriis commodatarii sumptibus restituendam. D. 105. th. 42. n. 3. D. 146. tit. 6. §. 2. th. 4. n. 1. Ampliatur. D. 105. th. 42. n. 3. Etiam ad fructus & accessiones. D. 146. tit. 6. §. 2. th. 4. n. 1. Quid si res deterior, vel plane inutilis facta, aut prorsus perierit? ibid. n. 2. Quatenus actio L. Aquiliæ concurrat? ib. th. 6. Commodati contraria quid? ib. §. 3. th. 1. n. 1. Quando & ad quid competat? n. 1. 2. 3. 4.

ACTIO COMMUNI DIVIDUNDO.

Actio communi dividundo pluribus unius prædii colonis non competit. D. 54. th. 10. Et negotiorum gestorum non concurrunt. D. 19. th. 62. D. 118. th. 19. Non tantum ad percipienda lucra, sed & resarcienda damna competit. D. 159. c. 9. th. 30. n. 2. 3.

Actione communi dividundo non agit maritus, si fundus dotalis cum alio fuerit communis. D. 76. th. 30. n. 5. & th. 44. n. 2.

ACTIO CONDUCTI.

Actio conducti quid & qualis? D. 156. §. 2. thes. 2. Competit quamprimum locatio conductio perfecta. ib. th. 3. Quibus & adversus quos competat? th. 4. 5. In locatione rerum s. fruendi datur I. ad hoc ut locator præstet conductori re locata uti licere. ib. th. 6. n. 1. Quod tria includit. 1. ut rem locatam conductori tradat cum instrumentis & accessoriis. ibid. 2. ut res habilis ad usum destinatum præstetur. ib. th. 9. 3. ut conductor in usu rei locatæ a locatore haud impediatur sine justa causa. ib. th. 10. n. 1. Quid si ex justa causa? th. 11. & §. 1. th. 39. Quid si usus rei locatæ casu impediatur? §. 2. th. 12. Quid si hoc faciat ex inimicitia erga locatorem tertius? th. 13. Quid si locatoris culpa præcesserit? ib. n. 4. Quid si impedimentum veniat ex persona, vel circa personam conductoris, vel ejusdem culpa, aut ipse impedimentum tempore contractus sciverit? ibid. th. 14. 15. Quid si emptor rem emptam, donec pretium solvatur, conduxerit, & in ejus usu impediatur! ibid. th. 16. An ob sterilitatem vel aliam calamitatem merces diminuatur? ibid. th. 18. sqq. II. ad hoc ut locator conductorem indemnem præstet, si sc. ipse dolo vel levi locatoris culpa damnum ex re conducta acceperit. ib. th. 32. n. 1. Quid si quis equum aut aliam rem vitiosam ignorans conduxerit? n. 2. Quid si conductori in ædibus conductis furtum factum? th. 33. Quid si expensæ a conductore in rem conductam factæ, an & quando

quando repetantur, cum uſuris? ib. th. 34. 35. Quid ſi tributa & collectas, &c. conductor ratione rei conductæ ſolverit? ib. th. 36. ſeqq. Quid de fructuum expenſis, & quibus ipſe conductor cauſam dedit? ib. th. 40. In locatione operarum ad quid detur? th. 42. n. 1. Quid ſi locator impeditus operas non præſtet? n. 2. Quid ſi circa opus faciendum caſus contingat? th. 46. Quid ſi operæ locatæ non præſtentur propter culpam conductoris? ib. th. 47. Quid ſi propter culpam locatoris? ib. th. 48. Datur etiam ad id, quod inter partes conventum? ib. th. 49.

ACTIO CONFESSORIA ſ. ex CONFESSO.

Actio Confeſſoria ſ. ex confeſſo quid? D. 55. th. 33. Eſt vera actio & perſonalis. ib. n. 2. 3. th. 34. Cui & adverſus quem detur; & quid in hac veniat præſtandum? th. 36. 37. Obſervatur hic proceſſus pene executivus. th. 37. n. 3.

ACTIO CONFESSORIA & NEGATORIA.

Actio confeſſoria & negatoria poteſt inter condominos eſſe. D. 159. c. 9. th. 31. Confeſſoria legatario competit, herede rem uſufructuariam alienante, etiam contra tertium illum poſſeſſorem. D. 38. th. 2. Confeſſoria, qua agitur ad parietem oneri faciendo reficiendum datur non tantum contra dominum prædii ſervientis, ſed etiam contra ejus emphyteuticarium & vaſallum. D. 39. th. 13. An etiam contra uſumfructuarium? ibid. Confeſſoria datur illi, qui non eſt dominus prædii dominantis, e. gr. Creditori, Vaſallo, Uſufructuario &c. D. 2. th. 9. Confeſſoria ad uſumfructum vel habitationem competens vendi poteſt. D. 153. §. 2. th. 12. n. 3. Non quæ ad uſum petendum vel vindicandum competit. ib. th. 16.

Actione confeſſoria contra impedientem agens, qui eſt in qs. poſſeſſione ſervitutis, ſervitutem de jure probare non tenetur. D. 39. th. 9. Negatoria, ſi contra ſervitutis qs. poſſeſſorem agitur, quis de jure ſuo probare neceſſe habeat? D. 39. th. 10. D. 116. th. 24. D. 118. th. 16. Confeſſoria petuntur ſervitutes conſtitutæ, non promiſſæ. D. 2. th. 10. Et alia jura. th. 11. Non juriſdictio de jure civili. ibid.

In Actione confeſſ. & negat. quaſi poſſeſſio liberat ab onere probandi D. 19. th. 81. D. 2. th. 8. & 12. Pronunciandum ſuper cautione de non amplius turbando. D. 54. th. 8. Ampl. etſi in libello expreſſe non fuerit petita. ibid.

ACTIO CONSTITUTÆ PECUNIÆ.

Actio conſtitutæ pecuniæ non datur ex inutili fidejuſſione D. 19. th. 85. Tranſit in heredes. D. 136. th. 22. n. 2. Quid, qualis & quotuplex? D. 146. tit. 5. §. 2. th. 1. Directa datur illis, quibus per conſtitutum aliquid eſt promiſſum, illorumque heredibus. ibid. th. 2. n. 1. Utilis datur pupillis, adoleſcentibus & civitatibus quorum tutoribus, curatoribus & ſyndicis quis ſe ſoluturum conſtituit. n. 2. Datur adverſus illos, qui pro ſe, vel pro aliis ſe ſoluturos pacto promiſerunt, illorumque heredibus. ib. th. 3. n. 1. Datur ad id petendum, quod conſtituto promiſſum. ib. th. 4.

Actioni conſt. pec. an poſſit opponi beneficium ordinis? ib. th. 5. n. 4. Similis eſt actio receptitia. th. 9.

In Actione Conſt. pec. quis debitum probare debeat? D. 19. th. 86.

Cum h. Actione an prior & vetus actio concurrat & quomodo ſe invicem tollant? D. 146. tit. 5. §. 2. th. 5.

ACTIO de DEJECTIS & EFFUSIS.

Actio de dej. & eff. competit contra habitantem ob factum hoſpitis. D. 40. th. 35. Limit. ibid.

ACTIO DEPOSITI.

Actio depositi directa quid & qualis? D. 149. tit. 3. §. 2. th. 1. Competit deponenti. th. 2. n. 1. Datur, si plures rem communem deposuerint, singulis pro rata. n. 2. Limitat. ib. Competit, si plures heredes uni successerint singulis pro portione hereditaria. n. eod. Quid si res depositæ sint individuæ, aut plures species depositæ? n. eod. Quid si dividuæ? n. 3. Quid si unus portionem suam de re deposita receperit, & reliquum apud depositarium perierit? n. 4. Quid si plures species depositæ, & quis unam ex illis receperit? n. 5. Datur adversus Depositarium. th. 3. n. 1. Non contra tertium, cui depositarius rem custodiendam iterum commisit. n. eod. Quatenus detur contra plures depositarios? n. 2. Datur contra heredem etiam ob dolum defuncti in solidum. n. 3. Quid si heres b. f. depositum vendiderit? n. eod. Quid si plures sint depositarii heredes? n. 4. Quid si omnes coheredes in rebus depositis dividuis aut speciebus dolum admiserint? n. 5. Non datur contra successores singulares. n. 7. Ad quid detur in deposito regulari, voluntario & necessario? th. 4. n. 1. Datur ad rem depositam restituendam cum fructibus & omni causa. n. 2. Ad usuras ex mora vel pacto debitas. n. 3. Quomodo differat ab aliis? th. 6. Casum & culpam præcessisse quomodo hîc probetur? th. 5. n. 9. 10. Hic condemnatus res depositas in specie deponenti debito loco illico reddere compellitur, nec quadrimestre spatium conceditur. th. 7. n. 1. Compensatio hîc locum non habet. n. 2. Nec in debito confessato. ib. Nec retentio. n. 3. Licet in rem depositam expensas fecerit necessarias. ib. Nec exceptio rei non traditæ contra depositi instrumentum. n. 4.

Actio depositi contraria quid & qualis? §. 3. th. 1. Unde descendat? th. 2. Datur depositario ejusque heredibus. th. 3. Adversus deponentem ejusque heredes. th. 5. Ad id, quod depositario depositi nomine abest. th. 5. n. 1. Damnum hîc non æstimatur per juramentum in litem. n. 3.

ACTIO de DOLO.

Actio de dolo non perpetuatur de jure litis contestatione. D. 53. th. 45. Quid in praxi? ib. An minoribus competat? ib. th. 43. Cum aliis actionibus regulariter non concurrit. D. 103. c. 5. th. 13. n. 2. Non datur, si consilium fraudulentum eventu caruerit, vel damnum exinde non acciderit. D. 57. p. 2. c. 1. th. 8. n. 3. 8.

In actione doli biennium servatur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 3. n. 1.

Cum actione doli an concurrat actio indistincte æque famosa? D. 53. th. 44.

ACTIO EMPTI.

Actio empti quid & qualis & quotuplex? D. 155. §. 1. th. 2. Nascitur ex emptione venditione, quamprimum illa fuerit perfecta. ib. th. 4. n. 1. Si, pretio integro nondum soluto vel realiter oblato, in judicium deducatur, venditor potest opponere exceptionem pretii nondum soluti. n. 2. Quæ potest opponi etiam post sententiam & in ipsa executione, & suppleri a Judice ex officio. n. 3. 4. Competit emptori ejusque heredibus. ibid. th. 6. Utilis competit domino ex contractu procuratoris. ibid. Datur adversus venditorem ejusque heredes. th. 7. Non datur adversus tertium possessorem. ib. Utilis datur ex contractu procuratoris adversus ejusdem Dominum. n. 2. Cui & adversus quem competat, si quis per nuncium emit vel vendit? ib. n. 3. Datur ad quid? §. 1. th. 8.

In Actionem empti veniunt omnes præstationes, licet res tendat ad contractus

ctus dissolutionem. D. 11. th. 170. n. 4. In Actione empti præstatur dolus, lata & levis culpa, etiam quoad accessiones & pertinentias. ib. th. 22. Limitatur. ib. Locum habet Juramentum in litem. D. 115. th. 9. D. 44. th. 20.

ACTIO EXERCITORIA.

Exercitoria quid & qualis? D. 147. tit. 1. th. 1. n. 1. An b. f. & str. jur. n. eod. An diversa species. n. eod. Ut locum habeat requiritur 1. ut sit contractus th. 2. n. 2. 2. Cum navis magistro. n. 3. 3. De rebus, quibus ipse est præpositus & secundum præpositionis formam initus. n. 10. Non datur ex delicto magistri. ib. n. 2. Datur ex contractu subvel promagistro, quem scil. primus præposuit, licet ignorante, invito, vel prohibente exercitore. n. 4. Datur ex contractu singulorum, si plures magistri simpliciter præpositi. ib. n. 6. Si officia sunt divisa, tunc pro distincto cujusque officio. n. 7. Quid si conjunctim præpositi ne quid alter sine altero gerat? n. 8. An & quatenus detur, si in navis refectionem vel instructionem magister mutuam acceperit pecuniam? n. 11. Cui & adversus quos datur? ib. th. 4. n. 1. 2. Quid si plures navem per magistrum exercent? n. 3. Quid apud Hollandos hac in parte juris? n. 4. Quid si plures navem per se exerceant? n. 5. Datur contra mulieres. n. 6. Quid si exercitor sit in aliena potestate? n. 7. Quid si pupillus, tutor, curator vel procurator magistrum præposuerint? n. 8. 9. Datur contra heredes. n. 10. An detur contra ipsum magistrum? n. 11. An quoad objectum ab actione directa differat? th. 5. & 6. Est vera actio. D. 129. th. 23. n. 9. An detur ex contractu vel cum navis magistro vel cum ipso exercitore inito? D. 115. th. 24. An adhuc in usu? D. 129. th. 17. n. 7. sqq. Actione Exercitor. tenentur exercitores mercium ejectarum dominis, si culpa magistri jactum præcessit, ut si navim plus justo oneravit. D. 47. th. 3. In Actione Exercitoria illud multo magis procedit, quod in institoria receptum. D. 147. tit. 1. th. 8.

ACTIO in FACTUM.

ad Arrogatorem patrem omnia transfert quæ habet is, qui ſe arrogandum dat. ibid. n. 1. Et nomina & actiones ſine ulla ceſſione. ibid. Secus hodie, niſi quatenus eſt legitimus peculii adventitii adminiſtrator. ib. n. 2.

ARROGATUS.

Arrogatus cum capite omnes ſuas fortunas in arrogatorem transferebat. D. 56. th. 26. n. 2. Hodie ad exemplum aliorum liberorum in bonis aliunde extra cauſam caſtrenſem acquiſitis in arrogatorem uſumfructum tantum confert. ibid. n. 4.

ARS.

Artis imperitus de illa judicare nequit. D. 57. p. 1. c. 2. th. 5. n. 18. Ad alicujus exercitium nemo, niſi prius facto tyrocinio, & edito ſpecimine admittitur. ib. th. 8. n. 3.

Artem qui profitetur, & tanquam artifex alteri conſilium dat, ſe illius artis peritum eſſe affirmat. ib. p. 2. c. 1. th. 6. n. 3.

Artibus alienis ſeſe immiſcentes puniuntur. ib. p. 1. c. 2. th. 8. n. 2.

ARTIFEX.

Artifex in rebus elaboratis pro pretio habet jus retentionis. D. 123. th. 21. n. 2.

Artifices quam culpam præſtent? D. 105. th. 35.

th. 35. n. 4. Inter Artifices longa est differentia & ingenii & naturæ & institutionis. D. 10. th. 42. n. 12.

ASCENDENS.

Ascendentes de Jure Saxon. excludunt omnes & singulos collaterales. D. 110. th. 12. n. 7.

ASSASSINIUM.

Assassinium unde descendat, quid significet, & quid sit? D. 12. th. 1. seqq. Est delictum publicum. ib. th. 6. & th. 9. Est vel verum vel fictum. th. 10. Non committitur sine assassinatoris & assassini voluntate. th. 12. Non facit sola oblatio sine acceptatione. ib. n. 3. Sola cogitatio verbis vel alio facto non declarata. th. 13. & 14. Si quis sine mandato aut oblatione præmii solo complacendi studio, alterius inimicum occiderit. th. 12. n. 4. Committitur per conventionem de tali homicidio committendo, quo casu dicitur assassinium perfectum. th. 15. & 26. Licet ejus executio nondum fuerit secuta. th. 15. n. 2. In Christianum tantum. th. 25. n. 2. Committunt pubertati proximi, puberes & minores secundæ ætatis. th. 19. & 20. Secus est in infantibus. th. 18. Prodigus, fœmina & persona Ecclesiastica. th. 22. & 23. Non est, si pecunia data ad vulnerandum aliquem. th. 26. n. 3. Si mandatum non directo tendat ad aliquem occidendum, sed ad aliquid aliud, ex quo mors sequi potest. ib. n. 4. Si quis testem in causa criminali corrupit. n. eod. Si quis nulla data vel promissa pecunia aliquem spe futuræ successionis interficit. th. 30. Si quis alterum sine promissione mercedis vel pecuniæ occidi mandavit. n. 2. Requirit, ut quis mercede vel pecunia conductus sit. thes. 27. Est, si quis locatori in casum futuri homicidii sororem suam in uxorem promittit. n. 8. Est, præmium s. sit magnum s. parvum. th. 28. Si & incertum promissum. n. 4. Sive traditum sit, sive promissum, & vel sine scriptura sive alia cautela. th. 29. Juri Civili incognitum est. th. 31. Quomodo puniatur de Jure Canonico? th. 31. seqq. Attentatum, ubi assassinus ad actum homicidii proximum pervenit, ultimo supplicio puniri potest. th. 38. Secus si ad illum actum non pervenerit, tunc arbitraria pœna punitur. ib. Per testes etiam ante litem contestatam & parte adversa non citata examinatos probari potest. th. 39. Probatur probabilibus argumentis. ib. n. 4.

In Assassinio testis de auditu facit indicium ad torturam. th. 39. n. 5. Proceditur omisso juris ordine. ib. n. 7. Ad torturam vel condemnationem deveniri potest, modo constet de conventione inita. th. 40. Quis Judex sit competens? th. 41.

ASSASSINUS.

Assassinus Christianus æque ac infidelis, assassinii pœnas luere debet. D. 12. th. 24. n. 4. & th. 37. Pœnas Juris Canon. ipso jure incurrit. th. 34. s. assassinium fuerit secutum, s. non ib. n. 2. Jure asylorum non gaudet. ib. n. 3. Nullis concurrentibus indiciis torqueri potest ad indicandum assassinatorem. th. 39. n. 6.

Assassini receptores & auxiliatores iisdem pœnis puniuntur. th. 35. 36. Nisi sint cognati. th. 35. n. 5.

In Assassino hodie conatus pro ipso delicto punitur. D. 139. th. 6. n. 9.

Assassinis & Assassinatoribus hodie certa pœna constituta non est. D. 12. th. 37. Quid de Jure Saxonico? ib. n. 6.

ASSECURATIO.

Assecuratio est novus & juri Civili incognitus contractus. D. 100. th. 91.

In Aſſecurationibus fama ad probandum admittitur. ib. th. 315.
Aſſecurator non præſtat damnum, quod culpa nautæ accidit. ib. th. 96.
Aſſecurari poteſt pecunia, & vita hominis. ib. th. 92. 93. & 94. Poteſt navis, etſi jam revera perierit. th. 95.

ASSENSUS. ASSENTIRE.

Aſſenſus vim habet confirmationis. D. 139. th. 9. n. 9.
Aſſentiens quatenus obligetur? ibid.

ASSESSOR.

Aſſeſſores Cameræ Imper. quomodo ab Aſſeſſoribus Romanis differant? D. 57. p. 1. c. 2. th. 5. n. 9. & 10. Facultatum Juridicarum & Profeſſores hodie aſſimilantur Aſſeſſoribus Romanis. ibid. num. 11.

ASYLUM.

Aſylum quid? D. 167. th. 8. Ad quid conſtituta? D. 12. th. 34. n. 4. Quoad non ſubditos conſtituendi eſt reſervatum Imperatoris. D. 159. c. 6. th. 30. n. 2. De Jure Canon. ſunt cœmiteria. num. 3.
Aſylorum uſus an in Rep. licitus. D. 165. th. 109. D. 167. th. 8. n. 2. Jure frui quinam debeant? D. 167. th. 8. num. 2. Jure non gaudent homicidæ doloſi. D. 6. th. 10. n. 3. Aſſaſſini. D. 12. th. 34. n. 3. Decoctores. D. 16. th. 13. n. 3.

ATTENTATUM.

Attentatorum in cauſa compenſatio non eſt admittenda. D. 149. tit. 2. th. 9. num. 11.

AVARITIA.

Avaritia eſt peſſimum Juſtitiæ & Veritatis venenum. D. 57. p. 1. c. 2. th. 3. n. 8.

AUCUPARI.

Aucupandi jus non ſtatim alicui conceſſum erit, venatione conceſſa. D. 166. th. 236.

AUGMENTUM.

Augmentum, quod per modum unionis accedit, eandemque rem conſtituit, naturam & conditionem rei, cui unitur, ſuſcipit atque ſicut eadem res judicatur. D. 128. c. 4. th. 15. n. 2. ſeqq. Quod temporis vel naturæ beneficio rei alicui propriæ accedit, an & quatenus communicetur in ſociet. bonor. conjug. ſimpliciter bonorum? ib. n. 1. ſeqq. Facto & induſtria hominis contingens pertinet ad dominum rerum quidem, æſtimationis tamen pars alteri ſocio debetur. ib. th. 18. n. 1. 2. 4. Etſi augmentum factum ſit in rebus majoratus, n. 3. Limitatur de moribus Hiſpaniæ. ibid.
Augmenti æſtimatio quomodo facienda? ib. th. 18. n. 5.

AUREA BULLA.

Aurea Bulla quid? D. 166. th. 30. Unde dicta? th. 31.
Aureæ Bullæ Caroli IV. diſpoſitio de Judice Imperatoris, Comite Palatino Rheni ad cauſas feudales inter Imperatorem ejusdemque Vaſallum motas haud extendenda eſt. D. 119. th. 1.
Auream Bullam Imperator ſolus vel cum Electoribus ſine reliquorum ordinum conſenſu tollere vel mutare non poteſt. D. 165. th. 76. & 119.

AUREUS.

Aureus quid ſit? remiſſive. D. 124. th. 33. num. 2.

AURIGA.

Aurigæ dolus, vectigal non ſolventis, non nocet mercium domino. D. 100. th. 60. Ratione rerum transvehendarum levem culpam regulariter præſtant. D. 105. th. 35. n. 5. Male audiunt. th. 33. n. 4. Olim infames fuere. ibid. Res advectas pro ſalario & pretio vecturæ retinent. D. 123. th. 21. n. 2.

Ad

Ad Aurigas a nautis recte infertur. D. 105. th. 33. n. 8.
Adversus Aurigas an detur actio de recepto? th. 33. seqq.
v. Actio de recepto.

AUSBEUTE.

Partium metallicarum proventus, *Ausbeute*, patri, qui usumfructum habet in bonis adventitiis, non pleno jure acquiruntur, sed eorum proventuum ususfructus tantum acquiritur. D. 110. th. 12. n. 3. D. 140. th. 28. n. 4. Finito patris usufructu, liberis restituendi. ibid.

AUTHENTICÆ.

Authenticæ Friderici Imperatoris Codici Justinian. insertæ per se habent juris authoritatem. D. 121. th. 5. Friderici non sunt tantum tres, sed plures. ib. Ex Novellis desumptæ per se non habent juris aliquam authoritatem. D. 85. c. 2. th. 6. n. 5. D. 22. th. 6. Si deviant, ad fontem recurrendum. ib. Tanquam leges in foro non possunt allegari, a Contio & aliis ex libris Basilicis &c. adjectæ. D. 22. th. 7.

AUTH. Contra C. de N. N. P.

Auth. Contra C. de N. N. P. an hodie observetur? D. 142. §. 3. th. 21. n. 2.

AUTHORITAS.

Authoritas & gravitas in canitie & senectute magis elucet. D. 107. th. 19. n. 4. Doctorum in consuetudine probanda magnam vim habet. D. 13. th. 2. n. 4.

AUTOCHIR.

Αὐτόχειρ qui sibi ipsi dum in reatu est, mortem infert ex conscientia perpetrati sceleris, ejus bona confiscantur. D. 85. c. 2. th. 8. Modo Jure Carolino fuerit reus pœnæ capitalis cum publicatione bonorum. ib. n. 4.

AUXILIATOR.

Auxiliatores ex proposito & præcedente tractatione in delicto aliquo pœna ordinaria afficiuntur. D. 12. th. 36. Qui scil. opem tulerunt in furto, æque ac fures puniuntur. D. 62. th. 13.

B.

BAARSCHAFFT.

Sub voce mobilium, *die Baarschafft*, pecunia numerata comprehenditur. D. 111. th. 58. n. 10.

BACILLA.

Bacilla fissa, *Kerbhœltzer*, quatenus probent? D. 100. th. 311.

BANCAROTA. s. FALLITUS.

Bancarota & mercator fallitus, qui dolo malo pecunias & rationes in necem creditorum supprimit, sub tormentis interrogari potest. D. 141. th. 71. Ad mercaturam reverti nequit. th. 247. Non gaudet immunitate Ecclesiastica. th. 251. Ad præstandas creditori operas potest condemnari. th. 252. Fugitivus propria authoritate capi potest. th. 253. Potest torqueri ad indicanda bona. th. 255. De consuetudine annumeratur maximam & mediam capitis diminutionem passis. th. 257. An ultimo supplicio afficiendus? th. 258.
Bancarotæ s. falliti debitoris in bonis qui impetrat arrestum, pignus consequitur prætorium. th. 248.
pro Bancarota s. fallito quis habendus? th. 245. 246.
Bancarotas s. fallitos qui recipit, tenetur ad solvenda omnia debita. th. 254.
in Bancarotis s. fallitis filii pro patribus tenentur. th. 256.

BANNITUS.

Bannitus non est absolvendus invito actore. D. 6. th. 1. n. 4. Actiones omnes ipso jure amittit. D. 84. th. 37. n. 2. Ab Imperatore & Camera æquiparatur deportato. D. 140. th. 37. n. 2. Jus patriæ

triæ poteſtatis amittit & uſumfructum paternum. ib. n. 3. Ut & jus Civitatis & omnia juris communis auxilia per univerſum imperium. ib. Ab inferiori Principe relegato comparatur. ib. n. 4. Non patriam poteſtatem nec uſumfructum paternum amittit. ibid. Imperii pleniſſime reſtitutus uſumfructum paternum recipit, ſed non fructus medio tempore perceptos. ib. n. 5.

Bannitum recipientium pœna. D. 139. th. 9. n. 12.

ad Bannitum nuncium mittere interdictum. D. 107. th. 23. n. 6.

cum Bannito neque loquendum, neque ad eum ſcribendum eſt. D. 78. th. 13. num. 4.

BANNUM.

Bannum Imperiale omnes obligationes bannitis competentes tollit, illosque actionum & judiciorum incapaces reddit. D. 120. th. 16. n. 2. th. 18. n. 3. Imponitur, ubi metus armorum & ſeditionis. D. 159. c. 6. th. 22. n. 2. Generale dicitur *die Reichs-Ober-Acht*. n. 3. An omnia auferat privilegia? D. 165. th. 137.

BARO.

Barones immediati præferendi Comitibus mediatis. D. 159. c. 5. th. 15. n. 3. 4. 5. Imperii Comitibus Imperii æquiparantur, nec differunt, niſi unico gradu præcedentiæ. ib.

BEFREUNDTE.

Verbum *Befreundte*, *Vervvandte*, Affines comprehendit. D. 5. diſſ. 2. th. 39. num. 7.

BELGIUM.

Belgium eſt feudum deductum ab Imperio. D. 160. th. 5. n. 3. An ſuper Imperio? D. 164. th. 53.

BELLUM.

Bellum juſtum omni jure licitum eſt. D. 12. th. 8. n. 2. Impedit, ne quis rebus ſuis proſpicere, earumque curam habere poſſit. D. 116. th. 88. Quod a mere ſubditis ſuſcipitur, pro injuſto reputatur. D. 99. th. 70. Quid? D. 164. th. 104.

Belli omnis finis eſt pax. D. 99. th. 71.

Bellum inferendi jus eſt majeſtatis proprium. D. 164. th. 104.

In Bello quod repudiatur, non verecunde in pace petitur. D. 33. th. 2. D. 154. tit. 5. §. 1. th. 16. n. 2.

BENEFICIUM.

Beneficium concedere ſoli Principi convenit. D. 6. th. 2. n. 5. In Jure Civ. denotat utplurimum privilegium. D. 14. th. 1. n. 2. An differat a privilegio? D. 13. th. 5. n. 2. D. 14. th. 3. D. 15. th. 6. n. 3. ſeqq. Quid? D. 130. th. 9. n. 4. Invito non datur. D. 98. th. 26. n. 1. D. 130. th. 9. n. 4.

Beneficio ubi perſonæ conditio locum facit, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficit. D. 120. th. 32. n. 5. Ubi vero genus actionis id deſiderat, ibi ad quemvis perſecutio ejus devenerit, non deficit auxilii ratio. ib.

ad Beneficium vacans in præſentatione ab Eccleſiaſtico patrono facienda ſex menſes obtinent. D. 138. c. 3. art. 6. th. 2. n. 6.

Beneficio aliquo affici hominem, intereſt hominis. D. 131. th. 70. n. 2.

Beneficiorum in collationibus hora multum importat. D. 138. c. 3. art. 2. th. 2. num. 5.

Beneficiis in conferendis vacantibus ſex menſes obtinent. ib. art. 6. th. 2. n. 6.

BIBLIOTHECA.

Bibliothecæ uſu illiterato conceſſo, poteſt ipſe eundem aliis pro certa mercede locare. D. 38. th. 20. In matrimonio emptæ pretium adhuc debitum ſociale eſt. D. 4. th. 19.

Bibliothecam legans pater filio cum adjectione, quia non velit *sich anderwarts verheurathen*, si ad secunda vota transeat, non tollitur legatum. D. 97. th. 21.

BIDUUM.

Biduum quandoque pro uno die computatur. D. 138. c. 3. art. 4. th. 4. n. 2. Intelligitur quotiescunque dies aliquot requiruntur, numero non expresse. ib. Olim erat tempus interponendæ appellationis in causa propria. ib.

BIENNIUM.

Biennium venit appellatione annorum. D. 138. c. 3. art. 7. th. 3. n. 1.

BIGAMIA.

Bigamia de Jure Civili non punitur morte. D. 69. th. 22. n. 1. 2. D. 65. th. 61. n. 1. Secus de Jure Carolino. D. 69. th. 22. n. 3. 4. 5. & Wirtembergico. ib. n. 6. Licet maritus ante benedictionem sacerdotalem cum altera concumbat. n. 7. Quod & observatur in Electoratu Saxoniæ. n. 8. D. 65. th. 61. n. 2. Quomodo puniatur, si secundum matrimonium copula carnalis non fuerit secuta? D. 69. th. 22. n. 9. Si quis bina sponsalia contraxerit? n. 10. Aut vivente uxore alii clam matrimonium promiserit? ib.

BLANQUET.

vid. Charta blanca.

BLASPHEMIA.

Blasphemiæ pœna capitalis remitti non potest. D. 6. th. 10. n. 3. Pœna Jure Divino & Civili est ultimum supplicium. D. 69. th. 16. n. 2. Est mortis vel mutilationis membri, ex novissimis Imperii Constitutionibus ut & Jure Wirtembergico. ib. n. 3. 4. 5. D. 92. th. 52. n. 2. Pœna ubi est vel pœna mortis vel membri abscissio, ibi ob viam leviorem hæc pœna imponenda est. th. 53. Limitatur. ibid. n. 4.

Blasphemans in summo iracundiæ calore extraordinarie puniri debet. th. 52. n. 3. seqq.

BOHEMIA.

Bohemiæ Rex Imperii pincerna, tertium in Electione suffragium habet. D. 166. th. 48. Rex Status Imperii proprie non est. D. 6. th. 3. n. 6. Non habet summam ac independentem potestatem. ib. Vasallus Imperii est. ibid.

BONA.

Bona non dicuntur, nisi quæ deducto ære alieno supersunt. D. 4. th. 10. n. 5. D. 126. c. 4. th. 3. n. 7. Uxoris non præsumuntur dotalia, sed paraphernalia. D. 76. th. 23. n. 2. Conjugum non communicantur jure dominii sed fructus ex illis percepti. D. 4. th. 21. n. 2.

Bonorum appellatione, facta relatione ad aliquem certum locum non continentur jura & actiones, licet illarum instrumenta in illo loco reperiantur. D. 158. tit. 2. th. 88. n. 4.

Bona uxor habet triplicia. D. 76. th. 16. in Bonis quæcunque non sunt naturaliter ita dictis, illa non sunt in dominio, dici non potest. D. 126. c. 4. th. 3. n. 8.

BONA ADVENTITIA.

Bona adventitia olim patri pleno jure cedebant. D. 140. th. 6. n. 2. Quod postea lente mutatum est. n. 3. Moribus Gallorum omnia filii sibi in solidum, patri vero nihil exinde acquirunt. th. 9. n. 2. Quæ? th. 19. Illa, quorum ususfructus patri ademptus an pater tanquam legitimus administrator gubernare possit? th. 34. v. Ususfructus. Peculium.

BONA CENSITICA.

Bona censitica accipiens plenum consequitur dominium. D. 56. th. 41. n. 1. Quomo-

Quomodo cum jure percipiendi censum consolidentur? ibid.

BONA MATERNA.

Bonorum maternorum & materni generis ratione filius habet tacitam hypothecam in bonis patris. D. 140. th. 41. n. 3.

BONA VACANTIA.

Bona vacantia ad fiscum devolvuntur nullis scilicet extantibus, descendentibus, ascendentibus & collateralibus usque in infinitum. D. 85. c. 3. th 15. Quid de Jure Saxonico obtineat? n. 6. Quæ? D. 159. c. 6. th. 38. n. 2. D. 166. th. 168.
Bonorum vacantium jus quibus competat? D. 166. th. 174. seq. In nunciatione locum habet quadriennium. D. 138. c. 3. art. 7. th. 3. n. 3.
Bona vacantia occupans fiscus an inventarium conficere teneatur, eoque omisso ultra vires hereditarias an possit conveniri? D. 166. th. 172. An præstet legata & fideicommissa relicta? th. 173.
in Bonis vacantibus fiscus succedens legata & fideicommissa præstare tenetur. D. 116. th. 100.

BONORUM ANNOTATIO.

Bonorum annotatio non in totum in desuetudinem abiit, sed illud mutatum est, quod res annotatæ propter absentis contumaciam non ubique locorum post annum fisco cedant. D. 141. th. 9.

BONORUM POSSESSIO.

Bonorum possessio ab hereditate quoad effectum non differt. D. 56. th. 25. n. 3.
Bonorum possessionem unde vir & uxor non impedit separatio conjugum quoad thorum & mensam. D. 118. th. 76.
ad Bonorum possessionem amplectendam centum dies utiles dantur cognatis & agnatis, ex quo se evocatos sciverint. D. 138. c. 3. art. 4. th. 4. n. 18.
in Bonorum possessione petenda a parentibus & liberis annus observatur. ibid. art. 7. th. 2. num. 2. Filio delata sufficit ratihabitio. D. 139. th. 9. num. 11.
Bonorum possessione contra tabulas impetrata, legata fratribus relicta corruunt. D. 87. p. 2. m. 2. th. 29. n. 5. Territoria etiam acquiri possunt. D. 159. c. 4. th. 22.

BONORUM POSSESSOR.

Bonorum possessor quis? D. 136. th. 15. Est heredis loco, & illius nomine venit. D. 56. th. 25. n. 4. In universum jus & locum defuncti succedit. D. 136. th. 15. n. 1. 3. Vocatur successor honorarius. ibid. Proprie heres non est. th. 18. n. 5. Confertur cum herede, & quoad effectum heredis loco habetur. ibid.
in Bonorum possessorem actiones hereditariæ active & passive transeunt. ibid. th. 15. n. 4. 5.

BONUM.

Bonum & æquum frequenter in legibus conjungitur. D. 104. p. 1. c. 2. th. 11. num. 3.

BRUNNEN.

Hæ minæ, *Er vvolle die Brunnen vergifften*, quid importent? D. 62. th. 54.

BURGFRIED.

Locorum privilegiatorum, quæ *Burgfried* habent, violatores & securitatis palatiorum varie puniuntur. D. 141. th. 39.

BURGUNDIA.

Burgundiæ Ducatus an sub Imperio? D. 164. th. 53.

C.

CADAVER.

cum Cadavere defuncti pretiosa mobilia & ornamenta non sunt sepelienda. D. 135. th. 8. n. 7.

CALENDARIUM.

Calendario Ecclesiastico plena fides habetur. D. 87. p. 1. th. 18. n. 2.

CALOR.

Calor quid significet? D. 92. th. 3. n. 5. 6.

CAMBIARE.

Cambiare quis potest in seipso. D. 100. th. 177. Jussus cum aliis an in seipso cambiare possit? th. 181.

CAMBIUM.

Cambium minutum s. manuale Reale quid? D. 157. coroll. 1. Est vera permutatio. ibid. Locale quid? ibid. coroll. 2. Paratam habet executionem. D. 142. §. 3. th. 10. n. 1.

Cambii literas qui dedit, & in illis se pecuniam accepisse confessus, opponere potest exceptionem non numeratæ pecuniæ. D. 43. th. 16. Etsi illæ literæ transmissæ & ab alio acceptatæ. ib. Literas acceptanti competit querela N. N. P. ex persona ejus, qui dedit. ibid. th. 18. In literis si nulla continetur accepti confessio &c. an exceptio N. N. P. opponi possit? ib. th. 19. D. 142. §. 3. th. 11. Literas qui dedit spe futuræ numerationis, & illas ille, ad quem transmissæ, acceptaverit, an is, qui dedit, exceptionem N. N. P. opponere possit? D. 43. th. 20. D. 142. §. 3. th. 12. Literis acceptatis mandatarius præsentanti solvere tenetur. D. 51. th. 9. D. 100. th. 174. Licet mandans ante solutionem decoxerit. ibid. Contractus per nuncium fieri potest. D. 107. th. 27. n. 6. Literis communiter adjicitur clausula, *Um den Werth bin ich von ihm vergnügt*, & quid h. clausula importet. D. 142. §. 3. th. 10. n. 3. Literæ eand. vim habent, quam habet vera numeratio. ibid. n. 4. Ad substantiam non requiritur realis numeratio, sed sufficit, quod cambium conclusum, *daß der Wechsel einmahl geschlossen*, literæ cambii datæ, transmissæ & acceptæ sint. ibid. n. 7. Si perdam literas, campsor mihi alias reddere cogitur, vel pecuniam, modo caveam de litteris amissis. D. 100. th. 173. Ad quem diriguntur, si is nolit solvere ex causa in litteris cambii expressa, super protestu solvere & ad solutionem actione neg. gest. convenire mandantem potest. ib. th. 178. Limitat. ibid. Literis acceptatis, si antequam solvat mandatariis, decoquat mandans, cujus sit periculum? ibid. th. 182. Literæ an revocari possint? th. 187. Contra literas an exceptio detur solutionis, vel falsi, vel tutoris nondum constituti vel inventarii nondum confecti, vel pecuniæ non numeratæ. ibid. th. 184. 185. 186. De natura ut in loco dissito solvatur. ib. th. 274.

Cambium acceptans perinde ac fidejussor tantum accessorie obligetur. D. 142. §. 3. th. 8. n. 6. Acceptans per acceptationem pro illo, qui cambium scripsit, ex constituto obligatur. ib. th. 9. n. 4. & th. 10. n. 5.

ex Cambio pecuniam recipiens non obligatur solventi. D. 100. th. 175.

in Cambio an locum habeat querela non numeratæ pecuniæ? D. 142. §. 3. th. 8. seqq. An locum habeat revocatio? D. 51. th. 7. seqq. Mandatum, quo creditor debitori suo mandavit, ut solvat alteri, revocari nequit. ibid. Lucrum ab interesse differt. D. 100. th. 179.

pro Cambiis nulla competit hypotheca, nisi ubi statutis cautum. ib. th. 84.

CAMERA IMPERIALIS.

Camera Imper. ut suspecta recusari nequit. D. 94. th. 42. Laudatur. ibid. th. 42. num. 4.

Cameræ Imper. observantiam inferiores judices sequi tenentur. D. 91. th. 23. n. 28. Collegium jurisdictionem sine territorio quodammodo possidet & exercet in quemcunque se conferat locum. D. 160. th. 10. n. 8. Nunciorum insi-

gnia alii ſub gravi pœna, privata authoritate, appendere prohibentur. D. 107. th. 46. n. 8. 9. 10. Obſervantia in vim legis obligat. D. 114. th. 1. Aſſeſſores non ſolvunt vectigal. D. 166. th. 155.
Camera Imper. quocunque euntem comitatur jurisdictio. D. 96. th. 51. n. 5. 6.
a Camera Imp. nec appellare nec ſupplicare fas eſt. D. 166. th. 89.
in Camera Imp. Aſſeſſores non nobiles debent eſſe JCti titulo ornati. D. 160. th. 12. n. 15. Pro Doctoris cujuspiam uxore contra civitatem N. N. quæ ſub prætextu ſtatuti ſui veſtiarii, adverſus privilegiatam illam veſtitus geſtandi ſecuritatem deveſtiendo, mulctando, & pignora capiendo proceſſit, pronunciatum eſt. D. 10. th. 12. n. 22. Proceſſus contra ſubditos Imperii mediatos nulliter decernuntur. D. 94. th. 1. n. 5. Limit. n. 6. 7. An pupilli, viduæ & aliæ perſonæ miſerabiles, judiciis inferioribus præteritis ſtatim ſubditum Imperii mediatum ad Cameram Imperialem evocare poſſint, citra etiam perhorreſcentiæ juramentum? ib. th. 7. & th. 37. n. 6. ſeqq. & th. ſeqq. Res judicatæ non habent vim legis univerſalis. D. 24. th. 6. In inferioribus tamen judiciis ab iis non facile in cauſis ſimilibus eſt recedendum. ibid. Conſuetudine receptum, ut miniſtro citanti credatur, & mandatum hoc a judice ipſo eſſe præſumatur. D. 107. th. 46. n. 3. Reviſio nullam habet vim ſuſpenſivam. D. 108. th. 44. n. 1.

CANCELLARIUS.*

Cancellarium qui habere poſſint? D. 131. th. 12. n. 5.

CANCELLARE.

Cancellare quid? D. 17. th. 1.
Cancellans alienas ſcripturas illicite, quibus actionibus teneatur? th. 68.

CANCELLATIO.

Cancellatio ſcripturæ quid? D. 17. th. 2. Quas ſignificationes habeat? th. 3. Formis quæ? th. 4. n. 1. Informis? n. 3. Totalis? th. 5. n. 1. Partialis? ib. Facti? n. 2. Verbi? n. 3. Quæ talis proprie non eſt, inprimis quoad ultimas voluntates. n. 4. Reſpicit, vel probationem, vel ipſum negotium. th. 6. Inconſulta quæ? th. 7. n. 4. Scripturæ ſi inconſulto facta, retinet illa vim probandi. n. 5. Quæ qualitas probanda. n. 6. th. 22. n. 4. Interim miſſio ex L. f. C. de Ed. D. Hadr. toll. differenda eſt. n. eod. Conſulta quæ? th. 8. Scripturæ & res deſcriptæ ſi a domino facta ſtatim in principio ante conſummationem, ſcriptura nullam tunc habet vim probandi. th. 9. n. 1. Sive ſit inducta totaliter & in parte eſſentiali. n. 4. 5. 6. Sive facta in parte accidentali, inductum ſaltem non valebit. n. 7. Poſt conſummationem ſcriptura nihil probat. th. 10. n. 1. Secus eſt in parte accidentali. n. 3. Ob certam cauſam, ad illam ipſam eſt reſtringenda. th. 11. n. 1. 2. 3. Per ſe nihil operatur, ſed vim ſuam accipit a voluntate inducentium. n. 4. Imaginaria pro non facta habetur. n. 5. Scripturæ a tertio facta, pro non inducta habetur, modo legi poſſit. th. 12. Præſumitur a tertio facta, ſi ſcriptura ſemel in judicio producta, & apud acta cancellata, reperta eſt. n. 3. Ampliatur. n. 4. Limitatur. n. 5. 6. Inſtrumenti totalis, ſi de cancellatore non conſtat, illud non ſtatim eſt nullum. th. 13. n. 1. Nec tamen probat, licet legi poſſit, antequam de cancellationis conditione conſtet. n. 2. Ne quidem ſemiplene. n. 3. Inſtrumentum reddit ſuſpectum. th. 13. n. 1. th. 14. n. 2. Ita ut non habeat paratam executionem. th. 13. n. 5. Nec peti poſſit miſſio ex l. f. C. de Ed. D. Hadr. toll. n. 6. Quo tamen in petitoriis judiciis ſecus eſt. n. 8. Partialis in parte eſſentiali vitiat inſtrumentum

tum. th. 14. Secus si quædam verba reiterata & per errorem posita. n. 7. In parte accidentiali quoad eam partem scriptura fit suspecta. th. 15. n. 1. Nisi quoad totum instrumentum fraudis suspicio per talem cancellationem inducatur. th. 16. n. 1. 3. Legati si est facta, nihilominus ex l. f. C. de Ed. D. Hadr. toll. peti potest missio. th. 15. n. 5. th. 48. n. 4. vid. th. 16. n. 1. 2. 3. Vel corruptio instrumenti si facta, non statim ipsæ res ac jura pereunt. th. 17. n. 1. & 2. Instrumenti interdum ipsi rei in eo descriptæ facit præjudicium. n. 4. Est index mutatæ voluntatis & pœnitentiæ. th. 17. n. 4. & 7. th. 25. n. 3. Licet sit informis. th. 24. n. 4. Testamenti. vid. Testamentum. Inconsulta, si cancellata legi possint, pro non facta habetur. th. 22. In dubio restringitur ad causam & rationem ipsi adjectam. th. 33. n. 4. In dubio censetur consulto a testatore facta. th. 50. n. 5. A Tertio, si apud eum reperiatur. th. 52. Chirographi vid. Chirographum. Rationum suarum si a Mercatoribus facta est, exinde solutio præsumitur. th. 67. Ex Cancellatione ad indignitatem non est sequela. th. 46. n. 12.

CANON.

Canon emphyteuticarius & laudemium patri vel matri, qui Jure Wirtemberg. in bonis liberorum usumfructum habent, pleno jure acquiritur. D. 38. th. 15. Emphyteuticus ex fundo peculii adventitii pertinet ad patrem. D. 140. th. 29. n. 3. seqq. In re modica consistere potest. D. 154. tit. 5. §. 1. th. 52. n. 2. Non præstatur in fructuum compensationem, sed tantum in dominii recognitionem. ibid. Limitat. n. 3.
Ob Canonem defuncto non solutum heres domini emphyteutam regulariter expellere nequit. D. 37. th. 22. Canone per triennium a defuncto non soluto, heres ejus regulariter propterea expelli nequit. ib. th. 21. Per triennium non soluto, si dominus sciens petit exigitque canonem, caducitatem remittere censetur. ib. th. 23. Per triennium non soluto, emphyteuta tamen invito domino fundum illum deserere nequit. ib. th. 17. In solvendo emphyteutico in re Ecclesiastica biennium servatur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 3. n. 1. In Emphyteusi vero civili triennium. n. 2.

CAN. REDINTEGRANDA.

Hoc remedium non competit ei, qui possessionem in adversarium sponte transtulit. D. 116. th. 129. In hoc remedio an nominatio authoris locum habeat? D. 106. th. 13. n. 5.

CANONICATUS.

Statutum vel Consuetudo, qua ad Canonicatus non nisi Nobiles admittuntur, Doctores non excludit. D. 160. th. 12. n. 24.

CAPERE.

Capientium non fiunt, capta persona, res reliquæ, quas penes se non habet. D. 130. th. 24. n. 6.
Capta persona fictione legis Corneliæ illo tempore, quo capta, statim mortua esse censetur. ib. n. 5.

CAPITULATIO.

Capitulatio quid & unde dicta? D. 166. th. 34. & 35.

CAPRA.

Capras in sylvis pasci Jure Bavarico prohibitum. D. 39. th. 6.

CAPTIO MORTIS CAUSA.

Captio mortis causa non omnis est proprie mortis causa donatio. D. 74. th. 29. n. 3. Quid? ib. th. 41. D. 79. c. 7. n. 31.

CAPTURA.

Ad Capturam regulariter procedi non poteſt niſi legitima præceſſerint indicia, & de illis judex cognoverit? D. 141. th. 12.

CARCER.

Carcer non ſolvit aut adjudicatio, ſed burſa, aut opera. D. 122. th. 11. n. 3. De Jure Civili eſt cuſtodia. D. 159. c. 6. th. 19. n. 2. Secus Jure Canon. & moribus. n. 4. Non perpetuus de Jure Civ. dictari poteſt. n. 5. D. 141. th. 14.

Carceris privati pœna olim capitalis, hodie arbitraria, ceſſat in parentibus, Dominis, maritis, neque puniuntur cæteri, modo non ultra 20. horas retineant. D. 141. th. 14.

Carcerem privatum habens majeſtatis reus eſt. D. 159. c. 6. th. 19. n. 1. Effringens & incarceratos extrahens, qua pœna teneatur? D. 62. th. 59.

CARDINALIS.

Cardinalis ſi in via occurrit, capitis damnatum periculo eripit. D. 167. th. 8. n. 2.

Cardinalibus qui Pontificis nomine aliquid nunciant, ſine literis credentialibus credendum. D. 107. th. 45. n. 6. Quod ſecus eſt in aliis nunciis. ib. n. 3. ſeqq.

CARISTIA.

Cariſtiæ tempore Magiſtratus Civibus neceſſitatem vendendi, quandoque gratis dandi, imponere poteſt. D. 3. th. 43. n. 4.

CASTRUM.

Caſtri privilegia utrum contuliſſe credatur, ſi Princeps Caſtro ſine ſuo conſenſu extructo, ut Caſtro ſcripſerit? D. 165. th. 123.

Caſtrum cum Jurisdictione ſi mulier marito dederit in dotem & poſtea durante matrimonio bona alicujus confiſcata fuerint propter delictum, ea jure communi lucratur maritus tanquam fructus. D. 128. c. 4. th. 13. n. 6. Sed de Jure conſuetudinario ad quæſtus referri debent. ib.

Caſtro vendito, cui territorium, jus patronatus, merum Imperium, & jurisdictio adhæret, etiam hæc jura, tanquam pertinentia, vendita cenſentur. D. 155. §. 1. th. 31. n. 1. 2. 3. Limitatur. d. n. 2. 3. An etiam tormenta & arma bellica? n. 4.

CASUS.

Caſus citra alterius culpam accidens æquo ferendus eſt animo. D. 9. th. 53. n. 6. Non tantum denotat eventum citra culpam noſtram, ſed ſæpe etiam in jure accipitur pro eo, quod non ex certo propoſito fit. D. 141. th. 82. Fortuitus regulariter in nullo contractu præſtatur. D. 146. tit. 6. §. 4. th. 10. n. 1. Limitatur niſi culpa. n. 2. Aut mora caſum præceſſerit. n. 3. Aut pacto quis illum in ſe receperit. n. 4. Aut ſi res venditionis gratia æſtimatæ traditæ fuerint. n. 6. Fortuitus rerum hereditariarum non pertinet ad heredem, qui cum inventario hereditatem adiit. D. 118. th. 106. Fortuitus in lata ſignificatione quid? D. 146. tit. 6. §. 4. th. 9. n. 1. In ſtricta & juridica quid? n. 2. Ejus Synonymia. n. 3. Et improviſus an differat? n. 4. Sæpe venit in jure vocabulo periculi. n. 5.

Caſum fortuitum an recepiſſe cenſeatur, in ſe pacto recipiens periculum. ib. n. 6. In ſe recipiens, an etiam de inſolitis teneatur? §. 4. th. 10. n. 5. & §. 2. th. 5. n. 7. Quinam ſint tales? §. 4. th. 10. n. 5. Qualis æſtimatio transferat? ib. n. 6. Non recepiſſe non videtur, ſolam cuſtodiam promittens. ibid. §. 1. th. 6. n. 5.

Caſu fatali aut vi majori ſi res receptæ perierunt, cauponi, nautæ &c. datur exceptio. D. 105. th. 42. n. 3.

Ad Casus plane per accidens emergentes voluntas trahenda non est. D. 139. th. 9. n. 7.

Contra Casus fatales inevitabiles & ad damna inde provenientia avertenda parum proficit humana cura & custodia. D. 105. th. 37. n. 4.

Casibus fortuitis an annumeretur furtum a domesticis, quorum fides jam fuit explorata, & probata, commissum? th. 40. n. 4.

CAVERE.

Cavere in longum tempus, seu in longiorem diem, est in annos decem. D. 138. c. 3. art. 7. th. 4. n. 4.

CAUPO.

Caupo actione de receptis tenetur, etsi damnum absque illius culpa acciderit, vel ipse specialiter custodiam non promiserit. D. 64. th. 49. n. 1. Secus est de Jure Hamburgensi. ib. n. 2. Ut caupo non tenetur ulterius, si viator in caupona a magistratu arrestatus. D. 105. th. 24. n. 6. Nec, si quid a famulo, e. gr. mediastino, *dem Hausknecht*, cui potestas recipiendi non concessa, commissum. th. 25. n. 3. Nisi cauponis consensus quoque accessit. n. 4. Non tenetur de furto tempore nocturno, & vi majori ab extraneis commisso. th. 43. Nec si propria viatoris culpa intervenerit. th. 44. n. 1. Limit. n. 3. Quoad actionem de recepto, culpam & factum omnium, qui sunt in caupona, præstat. th. 50. n. 7. Secus quoad alias actiones. n. 9. Stabularius, & dominus hospitii, habent jus retentionis in bonis hospitantium &c. illatis pro pretio hospitationis. &c. D. 123. th. 21. num. 4. Ab onere custodiæ vel levissima culpa non liberatur per clavium traditionem. D. 105. th. 45. n. 2.

Cauponi, ne vicinæ ædes locentur, & in illis caupona exerceatur, an vicinus in dignitate constitutus prohibere possit? th. 6. seqq. Comparatur qui mercedem rei perferendæ accepit. th. 33. n. 2.

Caupone absente si filius ejus vel filia aliquid recepit, hujusmodi receptio patrem ex hoc edicto obligat. th. 25. n. 5. Quid si ejus uxor? n. 6.

Caupones qui dicantur? th. 3. Hodie etiam sunt stabularii. th. 4. n. 2. Qui lenones & meritorias fœminas turpiter recipiunt graviter puniendi. th. 7. n. 7. Singulis noctibus nomina hospitum debent indicare. th. 12. n. 1. Latrones, fures recipere non debent. n. 2. Cibum, potum &c. justo pretio vendere tenentur. n. 3. Cives &c. recipere non debent, voluptatis gratia convenientes. n. 4. Quid de Gallia? n. 6. Quid de Ducatu Wirtembergico? n. 7. Viatores recipere tenentur inviti. th. 13. n. 1. D. 106. concl. 5. Et Magistratus officio ad hoc cogi possunt. D. 105. th. 13. n. 1. Limit. n. 5. Viatoribus receptis omnem securitatem & omnia humanitatis officia præstare debent. th. 14. th. 18. n. 3. Male audiunt. th. 15. n. 2. 3. Si rem pignori datam vel commodatam accipiunt, actione de recepto non tenentur. th. 24. n. 3. Aliquid recepisse censentur non tantum, si res in suam custodiam receperunt, sed & si illas in cauponam inferri passi sunt. th. 26. n. 1. Licet expressa & specifica adsignatio non intervenerit. n. 2. Non tenentur si casu aut vi majori res periit. th. 37. n. 4. 5. Quod ipsi probare tenentur. th. 38. n. 1. Modo culpa casum non præcesserit. n. 2. De levissima culpa tenentur. thes. 38. n. 3.

Cauponum jus refertur inter *Ehehafften*, s. inter res, quæ non sunt meræ facultatis, sed dependent a nutu Magistratus & consensu. th. 9. n. 1.

CAU-

CAUPONA.

Caupona est honoratior taberna. D. 105. th. 7. n. 4.

Cauponæ erectio hodie a superiore est impetranda. th. 9. Concessio an sit jurisdictionis, an imperii? th. 10. Quid de Jure Wirtemb. n. 6. Facultatem qui concedit, hoc ipso in causis civilibus jus litigantibus non dicit, nec in iisdem causis judicata & statuta exequitur & tuetur. th. 10. n. 5.

Cauponam quilibet in ædibus suis privato arbitrio de Jure communi exercere potest. th. 5. n. 1. Etiam aliis vicinis invitis. n. 2. Aut licet alius solus in aliquo loco per plurimos annos cauponam exercuisset. n. eod. Limit. modo hic privilegium, *und daß er eine Erbschenck hætte*, non impetraverit. n. 3. Aut hoc non fiat ad æmulationem & damnum alterius. n. 5. 6. Erigendi jus, furnos, molendina, inter *Ehehafften* refertur, s. inter res, quæ jure communi non liberæ voluntatis, sed inter jura publico jure introducta specialia & singularia. th. 9. n. 2. Quo quis exercet, eo ipso illam simul idoneam esse, cui res tuto committi possint, profiteri videtur. th. 19. n. 4.

In Cauponam rebus illatis, tales cauponis custodiæ commissæ censentur. thes. 19. n. 5. Licet de eo nihil actum sit expresse. ibid.

Cauponæ & hospitia publica bene instructa in honoratioribus civitatum locis ut habeantur, publice utile est. th. 7. n. 4. Et tales, ubi honoratiores hospitantur, vicini pati tenentur. th. 8. n. 2. Secus ubi sine delectu advenæ recipiuntur, quæ non facile sunt de novo in vicinia honoratiorum erigendæ. n. 3. 4. Non voluptatis, sed necessitatis gratia haberi debent. th. 12. n. 5.

Cauponarum curam publicam habere, Reip. expedit. th. 11.

In Cauponis olim cibum & potum capere inhonorificum fuit. th. 12. n. 9. v. Voc. Actio in factum. Actio de Receptis.

CAUSA.

Causa criminalis quæ? D. 69. th. 1. n. 2. vid. Voc. Criminalis. Fatua a dolo excusat. D. 1. th. 13. n. 9. Summaria esse censetur, quandocunque agitur officio Judicis tantum. D. 84. th. 69. n. 2. Falsa adjecta, ut nullum sit legatum, non efficit. D. 118. th. 70. Turpis plus valet, quam nulla. D. 115. th. 13. Falsa non impedit legati ademptionem. D. 139. th. 18. n. 3. Futura modus vocatur. n. 4.

Causæ cognitionem quæ requirunt, nonnisi coram Judice competente fieri possunt. D. 25. th. 16. Licet sint voluntariæ Jurisdictionis. ibid. Defectus in actibus obligatoriis vitiat negotium. D. 139. th. 20. n. 6.

inter Causam quoad conventiones distinguitur. ibid. th. 18. n. 3.

Causa cessante, quando effectus dicatur desinere? D. 16. th. 38. n. 3. 4. 5. Ex erronea translatum, per condictionem revocari potest. D. 120. th. 13. n. 1. In fiscali post litem contestatam finienda sex menses obtinent. D. 138. c. 3. art. 6. th. 2. n. 6. Præterita deficiente dispositio & ultima disponentis voluntas tamen non deficit. D. 139. th. 18. n. 3. Limitatur. ib.

sine Causa facta stipulatio valet, & actionem producit, sed exceptione eliditur. D. 118. th. 89.

Causæ duæ lucrativæ circa eandem rem & personam concurrere non possunt. D. 74. th. 50. n. 4.

Causas connexas qui malitiose dividit, punitur, non tamen causam amittit. D. 42. th. 3. Singulas singulis appellatio-

nibus diſtinguere, commodius eſt. D. 108. th. 5. num. 4.
Cauſis in arduis nulla cunctatio longa eſt. D. 69. th. 2. n. 22.

CAUTIO.

Cautio præſtanda eſt in judicio a creditore antichretico. D. 9. th. 35. Ab uſufructuario. ibid. n. 3. Ab actore, ſuper tribus capitibus de Jure ſcil. Civili. D. 66. th. 44. n. 1. Hodie utplurimum ſaltem de judicio peragendo, & expenſis refundendis. n. 2. 3. A reo ad petitionem actoris. n. 4. 5. Quam actor præſtare debet, petenda eſt a reo ante litem conteſtatam. n. 3. Facienda eſt regulariter fidejuſſoribus. th. 45. n. 1. Moribus noſtris & pignora ſufficiunt. Jure Wirtemberg. fit vel fidejuſſoribus vel pignoribus. n. 4. Quibus deficientibus juratoria locum habet. n. 5. Supervacanea nemini imponenda eſt. n. 3. Hodie non tam reſpicit ad fugæ ſuſpicionem excludendam, quam ad adverſarii ſecuritatem. th. 46. n. 3. 4.
Ad quid adinventa? D. 18. procem. n. 4. & th. 36. Quid ſignificet? ib. th. 1. n. 3. Simpliciter poſita nudam promiſſionem denotat. ib. n. 6. De illius ratihabitione, cujus ratihabitio neceſſaria non eſt, fruſtranea eſt. th. 33. n. 4. Uſufructuaria a teſtatore remitti nequit. D. 106. concl. 8. Idonea ubi exigitur, traditum pignus neceſſarium cenſetur. D. 158. tit. 1. th. 5. n. 3.
Cautionis vocabulo ſimpliciter poſito, nuda intelligitur repromiſſio. D. 125. c. 3. th. 15. n. 5. D. 122. th. 9. n. 5. Plus eſt in re, quam in perſona. D. 125. c. 3. th. 18.
Cautionem de reſiduo præſtant debitores, qui propter competentiæ beneficium ultra id, quod facere poſſunt, condemnari nequeunt. D. 122. th. 9. Nude ſcil. promiſſoriam. n. 5. Quid ſi non præſtita? n. eod. Remittens debitum ſuum non amittit, ſed actionem principalem ſalvam retinet. ib. n. 7.
Cautione juratoria & bonorum oppignoratione nemo conjunctim eſt onerandus. D. 125. c. 4. th. 11. n. 1.

CAUTIO AD PROXIMAM.

Cautio ad proximam quid? D. 18. th. 35. n. 5. & th. 44. n. 2.

CAUTIO JUDICATUM SOLVI.

Cautio judicatum ſolvi quid? D. 18. th. 35. n. 3. A rei defenſore in perſonali actione præſtatur. D. 53. th. 30. A vero etiam procuratore exigitur. D. 18. th. 26. n. 6. Secus de Jure Wirtembergico, ubi conjunctus defenſor cavet de rato. ibid. n. 7.

CAUTIO JUDICIO SISTI.

Cautio Judicio ſiſti ab immobilium poſſeſſoribus & illorum procuratoribus & fidejuſſoribus, nec bonorum oppignoratione, nec juratoria promiſſione præſtatur. D. 27. th. 10. D. 125. c. 1. th. 3. n. 4. Non ab omnibus eodem modo præſtatur. ibid. Sed quomodo? ibid. Semel præſtita durat, nec finitur, licet ipſe poſt hanc cautionem præſtitam immobilia acquiſiverit & poſſidere cœperit. ibid. c. 3. th. 15. n. 2.
Ad Cautionis judicio ſiſti immunitatem qualis poſſeſſio ſufficiat, definiri non poteſt. D. 125. c. 3. th. 2.
Cautioni judicio ſiſti addi poteſt pœna. D. 113. th. 52. n. 2. Etiam in cauſis criminalibus. n. 3.
Cautionem Judicio ſiſti vel exhibere qui ſine ſcriptis dedit, in eo duo menſes obtinent. Diſp. 138. c. 3. art. 6. th. 2. num. 2.
ad Cautionem Judicio ſiſti pertinet ſaltem titulus ff. qui ſatisd. cog. D. 125. c. 1. th. 2.

a Cau-

a Cautione judicio ſiſti immunis eſt qui plenum rei immobilis dominium habet. D.125.c.4.th.1. Heres, qui poſſidet fundum ſub conditione tertio legatum. th. 3. Uxor propter fundum paraphernal. th. 4. Etſi ipſius adminiſtratio marito ſit conceſſa. ib. n. 1. Nudus proprietarius rerum immobilium. D. 27. th. 15. D. 125. c. 3. th. 7. Qui revocabile, ut maritus in fundo dotali. D.27. th. 15. D. 125. c. 2. th. 20. & c. 3. th. 8. Aut utile tantum habet dominium ut vaſallus, emphyteuta, ſuperficiarius. D. 27. th. 15. D. 125. c. 3. th. 6. c. 4. th. 2. Uxor propter fundum dotalem. D. 27. th. 15. D. 125. c. 3. th. 9. Limit. D. 125. c. 3. th. 9. num. 3. ſeqq. Tutor & Curator, ſ. ipſi, ſ. pupilli, bona immobilia poſſideant. D. 27. th. 15. D. 125. c. 3. th. 10. & c. 4. th. 5. Secus eſt in voluntario defenſore. D. 125. c. 3. th. 10. num. 4. Ex pluribus tutoribus ſufficit unum eſſe immobilium poſſeſſorem. ib. th. 11. Hic nihil refert etiamſi dicti poſſeſſores obærati. D. 27. th. 6. D. 125. c. 3. th. 14. Aut bona jam obligata vel oppignorata. ib. Secus eſt de Jure Wirtemb. D. 125. c. 3. th. 14. num. 2. Aut de illis lis ſit cum ipſo, qui exigit cautionem, aut cum tertio. D. 27. th. 16. D. 125. c. 3. th. 13. & c. 4. th. 8. n. 6. Aut ſuper re poſſeſſa ſententia contra eum lata. D. 125. c. 3. th. 12. n. 1. Modo ipſi appellaverint. ib. Aut poſſideant rem ſoli in agro, vel in civitate. ibid. th. 3. n. 2. Aut in aliena ejuſdem provinciæ civitate. ib. & th. 4. n. 1. D. 27. th. 11. Modo actori per eam poſſeſſionem ſit conſultum. D. 125. c. 3. th. 4. n. 1. 2. Et reus ibid. facile conveniri poſſit. ibid. Jure Saxon. bona ſint ſita in Electoratu Saxoniæ, licet non ſub ead. præfectura. n. 3. D. 27. th. 11. Jure vero Wirtemberg. ſub eadem præfectura. ib. Aut ſ. poſſideat quis ex aſſe ſ. pro parte diviſa vel indiviſa. D. 125. c. 3. th. 5. n. 1. An idem de annui reditus poſſeſſoribus dicendum? D. 27. th. 17. D. 125. c. 4. th. 8. n. 6. Aut qui res pretioſas, quæ facile in alium locum transferri nequeunt, poſſident? ib. Aut quibus debetur pecunia hereditaria, cujus dies nondum ceſſit? D. 125. c. 4. th. 8. n. 6. Aut qui poſſidet bibliothecam pretioſam? ibid. An h. in l. talis immobilium poſſeſſor bona ſua ſimul hypothecæ obligare teneatur? ibid. c. 4. th. 9. Aut an bona illa tacitæ hypothecæ ſint obligata? ibid. n. 5. Non liberantur commodatarii coloni, & inquilini. D. 27. th. 14. D. 125. c. 4. th. 6. Qui realem habent actionem. D. 27. th. 14. D. 125. c. 4. th. 8. Uſufructuarius. D. 27. th. 14. D. 125. c. 3. th. 16. De Jure Saxon. D. 125. c. 3. th. 16. num. 3. Creditor hypothecarius. D. 27. theſ. 14. D. 125. c. 3. theſ. 17. Licet ſimul habeat jus antichriſeos. D. 125. d. th. Uſuarius, aut cui ædium habitatio conceſſa. D. 125. c. 4. th. 6. Mobilium poſſeſſores. ib. th. 8. n. 3. Qui tantum perſonalem actionem ad rem immobilem habent, vel ſaltem ſpem per ſucceſſionem immobilia conſequendi. D. 27. th. 14. D. 125. c. 3. th. 18. c. 4. th. 17. n. 1. Filiusfam. ob patris bona immobilia. D. 27. th. 14. D. 125. c. 4. th. 7. Simultanee de feudo inveſtitus. ibid.

Cautione judicio ſiſti pro parentibus qualiscunque admittitur fidejuſſor. D. 27. th. 4. Etiam minus idoneus. ib. Si quis tempore cautionis præſtandæ bona immobilia poſſideat, ſufficit. D. 27. th. 11. D. 125. c. 3. th. 15. Licet illa poſtea alienaverit. ibid. Immobilium poſſeſſores dicuntur non tam ex rerum illarum detentione, quam ex jure, quod in re illa habent. D. 27. th. 13. Limitatur. ibid. th. 14.

CAUTIO MUTIANA.

Cautio Mutiana in contractibus non locum habet. D. 161. th. 7. n. 5. D. 19. th. 43. In legatis locum sortitur. D. 19. th. 43.

Cautioni Mutianæ quando sit locus. D. 139. th. 17. n. 6.

CAUTIO DE NON OFFENDENDO.

ad Cautionem de non offendendo requiruntur fidejussores aut pignora, nec sufficit juramentum. Disp. 116. th. 7. Limitatur. ibid.

CAUTIO RATI.

Cautio rati a conjunctis præstari solita quid? D. 18. th. 3. Præstanda est fidejussoribus. th. 5. n. 2. Hodie etiam pignoribus. n. 3. Quid in Saxonia? n. 4. Vel si quis fidejussores vel pignora invenire non possit? n. 5. Si immobilia possideat? n. 6. Jure Wirtembergico hoc Judicis arbitrio relinquitur. n. 7. Et plerumque fit nuda promissione mediante baculo judiciario. ib. Præstatur ab ascendentibus sine vero mandato agentibus. th. 6. n. 1. Masculis. th. 7. n. 2. s. sint ascendentes materni s. paterni. n. 4. A patre respectu peculii adventitii si de filiif. consensu non constet. n. 5. 6. D. 110. th. 13. n. 2. A proximiore, si plures diversi gradus ex ascendentibus concurrant. D. 18. th. 9. A magis idoneo, si plures in uno gradu existant. n. 2. A descendentibus in causa ascendentium. th. 10. n. 1. s. hi primi sint, s. ulterioris gradus, s. sint legitimati. n. 2. 3. 4. Non vero si sint filii naturales. n. 5. Nisi pro matre agant. n. 6. A fratribus naturalibus. th. 11. 12. Non vero a fratribus spiritualibus, civilibus & comprivignis. th. 12. n. 2. 3. 4. Qui sunt de jure Civili in secundo gradu. th. 13. n. 4. De Jure Wirtemberg. in quarto gradu. n. 5. D. 66. th. 32. n. 3. 4. s. sint germani, consanguinei, s. uterini. D. 18. th. 14. Germani tamen in concursu præferuntur. n. 3. A marito in rebus uxoris receptitiis. th. 15. n. 3. Non vero in dotalibus & paraphernalibus. n. 3. 4. Secus quibusdam in locis. D. 66. th. 34. n. 5. Ab affine in secundo gradu, durante adhuc affinitate. D. 18. th. 16. 17. Non vero ab affine secundi & tertii generis, vel eo, qui talis est per sponsalia, vel qui est illegitimus. th. 18. 19. A consortibus ejusdem litis. th. 20. Non vero a Syndicis, s. singulis de universitate th. 21. A Liberto. th. 22. Nisi sit libertus universitatis. n. 2. Si ille, pro quo agit conjunctus mandare, vel ratihabere possit. th. 24. n. 1. 3. 4. & th. 38. n. 8. 9. A conjuncto agente nomine fœminæ. th. 24. n. 2. De Jure Wirtembergico agente pro conjunctis indistincte. n. 5. th. 38. n. 10. D. 66. th. 33. n. 2. Sive agat sive defendat. D. 18. th. 26. n. 4. 5. 7. D. 66. th. 36. Secus quoad defensorem de jure Civili. D. 18. th. 26. n. 6. In omnibus causis, in quibus verus procurator alias admittitur. th. 27. n. 1. Non vero in illis, quæ speciale mandatum requirunt. n. 2. Neque in criminalibus. n. 5. In omni parte judicii. th. 28. A consortibus litis post litem pure contestatam. th. 29. n. 2. Non vero ante litem contestatam. n. 3. th. 30. th. 31. n. 6. th. 32. De ratihabitione personæ conjunctæ absentis. th. 33. A conjuncto procuratoris in rem suam solum de ratihabitione procuratoris. th. 33. n. 3. seqq. Non præstatur præsumpto mandato cessante, vel si alia contraria præsumptione elidatur. th. 23. th. 31. n. 3. Si conjunctus constituerit procuratorem. th. 23. num. 2. Nec hoc casu conjuncti, ut procuratores substituti admittendi sunt. n. 5. Nisi sint

ſint conjuncti procuratoris in rem ſuam. n. 7. 8. In reliquis cauſis a conjuncto ad unam cauſam conſtituto. n. 18. A conjuncto, qui ſe voluit ut verum procuratorem ſiſtere, ob cauſam tamen admiſſus non eſt. n. 11. A minore. n. 13. A fœmina conjuncta. n. 16. Ab eo, qui alias ad procuratoris in litem officium inhabilis eſt. n. 17. Ab amico pro amico. th. 25. Ubi adeſt verum mandatum. th. 33. n. 5. Eſt ſupplementum præſumpti mandati. th. 31. num. 1. Neceſſaria eſt, ne judicium reddatur nullum aut impugnari poſſit. th. 33. n. 2. Si eſt præſtita, adverſus caventem, ut & contra fidejuſſorem datur adverſario ex ſatisdatione actio. th. 34. n. 6. Differt a cautione de rato in genere. th. 35. n. 2. A cautione judicatum ſolvi. n. 3. A cautione ad proximam. n. 5. An in mandatis alleganda, aut in procuratorio? D. 53. th. 29. D. 117. th. 24.

Cautionem rati rei defenſor in actione reali præſtare tenetur. D. 53. th. 30.

Cautione rati duo vel plures ex una univerſitate ejusdem nomine agentes, defectum ſyndicatus, tanquam conſortes litis ſupplere nequeunt. D. 32. th. 13. Conjunctus promittit dominum quicquid a ſe actum, ratihabiturum. D. 18. th. 34. n. 5. Præſtita inter conjunctum & eum, cujus negotia judicialia geſta, naſcitur obligatio & actio Neg. Geſt. th. 37. n. 2. & ſeqq. Debet conjunctus negotia etiam mortuo domino, ad finem perducere. n. 3. In judicio debitam adminiſtrationem adhibere. n. 4. A ſententia appellare. n. eod. De jure Civili cauſam in ſecunda inſtantia peragere. n. 5. Limitat. n. 6. De Jure Canon. & moribus noſtris ſufficit appellationem interpoſuiſſe. n. 7. Limitat. n. 8. Ea, quæ conjunctus egit, a domino volente ratihabenda ſunt. th. 38. n. 1. 4. Qui tamen de qualitate actus ratificandi cum indultu certi temporis ſpatii certiorandus eſt. n. 2. Acta a conjuncto ratihabere poteſt dominus in ſolidum & pro parte. n. 5. Ejusdem heres & ſucceſſor ſingularis. n. 5. 6. 7. Is, qui juris ratihabendi capax eſt. n. 8. 9. Ante ratihabitionem inter dominum & eum, cum quo negotium geſtum, nulla eſt obligatio. th. 39. n. 1. Ratihabente domino, eo ipſo ex negotio geſto firmiter is obligatur. n. 3. 5. Et tunc adverſæ parti contra geſtorem nulla competit actio. n. 6. Non ratihabente quaſi procurator liberatur, ſi omnem adhibuerit diligentiam. th. 40. Nec ſtipulatio hæc ſtatim committitur. n. 2. 3. Niſi ob culpam & negligentiam quaſi procuratoris. n. 4. Et commiſſa ſtipulatione agitur contra quaſi procuratorem actione principali vel acceſſoria. th. 41. Ob non factam ratihabitionem. th. 42. Etſi ſtipulatori exinde damni quid datum ſit. n. 5. Quid veniat in computationem damni emergentis & lucri ceſſantis? th. 43. n. 6. & ſeqq. ita ut exinde ſæpius etiam quandoque non commiſſa ſtipulatione agi poſſit. th. 42. n. 6. 7. Quæ actio datur heredibus illius, cui cautum, ſi horum intereſt. th. 43. n. 4. Et excluditur renunciatione domini & exceptione doli. th. 44.

CAUTIO DE NON AMPLIUS TURBANDO.

Super Cautione de non amplius turbando in actione confeſſ. & negat. pronunciandum eſt, licet in libello expreſſe non fuerit petitum. D. 54. th. 8.

CEDENDARUM ACTIONUM BENEFICIUM.

Cedendarum actionum beneficium quid? D. 15. th. 44. n. 4. Datur fidejuſſori, licet illi renunciaverit. D. 82. th. 27. n. 7.

n. 7. 8. 9. Tutori honorario. D. 137. th. 30. n. 15. & seqq.
in Duello ſi provocans a provocato injuria affectus provocatum occiderit, ordinaria mortis pœna punitur. D. 92. th. 59. n. 11. Si provocatus ira accenſus provocantem occiderit, an ordinaria homicidii pœna puniendus? th. 60. n. 2. & ſeqq.

DUPLICITAS.

Duplicitas vinculi inter pares gradu, nonnunquam alterum alteri præfert. D. 70. c. 5. th. 7.

DUPLUM.

Duplum ſolutum cenſetur quando corpus & ſimul ejus æſtimatio præſtatur. D. 11. th. 59. n. 3.

E

EBRIETAS.

Ebrietas ab allegante probanda eſt. D. 83. th. 16. n. 3. Adhuc hodie punienda venit. n. 5. 6. 7. Quod obſervatur in Ducatu Wirtembergico. n. 8. Levis non excuſat a dolo. D. 139. th. 7. n. 7. Enormiſſima liberat ab ordinaria, non vero ab extraordinaria pœna. ibid.

Ebrietatis tempore ſe aliquid feciſſe præciſe negans, ad juramentum veritatis facile admittendus non eſt. D. 93. p. 1. theſ. 28. num. 7.

In Ebrietate ſe rixari ſciens, ſi quis nihilominus ſe inebriaverit, ſequentes quoque rixas ab initio voluiſſe cenſetur. D. 139. th. 9. num. 7.

EBRIUS.

Ebrius dormienti eſt ſimilis, mentisque ei inducit exilium. D. 139. th. 7. num. 7. Matrimonium contrahens nihil facit. ib. Teſtis eſſe nequit. ibid. Teſtamentum

fa-

facere non poteſt. ibid. Homicida an pœna homicidii teneatur? ib. Velle non poteſt. th. 14. num. 5. Pro alio fidejubendo non tenetur, punitur tamen. D. 83. th. 16. n. 4. Faciendo injuriam, extra ordinem punitur. D. 89. th. 10. n. 4. Non tam graviter quam ebrioſus punitur. n. 4. Quomodo in Helvetia puniatur? n. 5.

Summe Ebrius furioſo comparatur. D. 55. th. 9. n. 1. Contrahere nequit. D. 78. theſ. 9. num. 8.

ECCLESIA.

ECCLESIA vel ejus adminiſtrator recedere non valet a locatione bonorum Eccleſiæ, ejus nomine & in ejus utilitatem ab anteceſſore legitime facta. D. 156. ſ. 1. th. 38. n. 4. Secus ſi quis res ad proprios reditus ſuæ dignitatis aut præbendæ pertinentes locaverit. ib.

Eccleſiæ res valide alienari poſſunt. D. 9. th. 24. num. 2. Curam externam concernentia negotia ad Principes & magiſtratus politicos pertinent. D. 57. p. 1. c. 2. theſ. 2. n. 7. ſeq. Quæ tamen hodie apud Principes Evangelicos in ſuis conſiſtoriis tractantur. n. 8. D. 159. c. 6. th. 75. num. 2. An executio ultimarum voluntatum legibus ſit demandata? D. 79. c. 6. num. 67. Si aliquid debetur, habet de Jure Saxonico perſonale exigendi privilegium. D. 59. theſ. 38. num. 2. An competant omnia fiſci privilegia? D. 158. tit. 2. th. 106. In bonis adminiſtratorum ſuorum an habeat tacitam hypothecam? D. 66. th. 94. num. 1. D. 158. tit. 2. th. 71. & th. 106. De Jure Wirtembergico ratione reſidui omnibus creditoribus præferuntur. D. 66. th. 94. n. 2. D. 158. tit. 2. theſ. 6. In bonis debitorum ſuorum an habeant tacitam hypothecam? D. 158. tit. 2. theſ. 71. & theſ. 106.

Eccleſiarum contra fundationes initæ pactiones, & transactiones primamque earum dotem enervantes, atque privilegia eripientes, vel labefactantes, ipſo jure nullæ ſunt, imo pœnis ſeveris coercendæ ſunt. D. 160. th. 11. num. 3.

Eccleſiaſticæ res & beneficia eccleſiaſtica an & quatenus poſſint permutari? D. 157. ſ. 3. th. 15. num. 2.

Eccleſiaſtici non ſolvunt vectigal. D. 166. theſ. 154.

EDERE.

Edere tenetur actor reo ad deliberandum ea tantum inſtrumenta, quibus ipſe uſurus eſt. D. 28. th. 16. Ad fundandam vero illius exceptionem, etiam reliqua ad cauſam pertinentia. ibid. Tenetur reus actori, qui ſuam intentionem probavit, ad replicationem fundandam, rationes ſuas. th. 17. Item ſi actor a reo rationum editionem petat, non ad fundandam ſuam intentionem ſed tantum adjuvandam. th. 18. D. 103. c. 5. th. 6. n. 4. 5. Tenetur reus actori inſtrumenta communia. D. 28. th. 19. Judex tenetur omnibus, quorum intereſt, acta judicialia, civilia & criminalia. ib. Non tenentur de jure civili mercatores qua tales libros rationum. th. 20. Secus moribus, ſed quatenus. ib.

EDICTUM.

Edictum quid? D. 126. c. 2. theſ. 5. n. 3.

EDICTUM ÆDILITIUM.

Edictum ædilitium locum habet, etſi venditor rei venditæ vitium ignoraverit. D. 118. theſ. 41. Non locum habet in locationibus. D. 106. concl. 22. In foro Saxon. in tribus tantum equorum vitiis frequentatur. D. 114. theſ. 16. Quid de Jure Wirtemberg. ibid. v. voc. Actio ædilitia & redhibitoria.

EDICTUM QUOD QUISQUE JURIS. &c.

Edictum quod quiſque juris &c. &c. non locum habet in privilegiis impetratis, nec

nec quoad concedentem, nec quoad impetrantem. D. 26. th. 11. Sic debitores qui inducias moratorias impetrarunt, easdem ſuis debitoribus concedere non tenentur. In tutore locum habet. D. 95. th. 33. n. 5. An & in procuratore? n. 7. ſeqq. An & quando detur contra JCtorum collegia? D. 26. th. 10. Non datur ſi magiſtratus aliquid novi juris in aliquem licet dolo ſtatuerit, ſententia tamen per appellationem reſciſſa aut reformata. th. 9.

Ex Edicto hoc retorſio juris iniqui locum habet contra magiſtratum non tantum ob dolum, ſed & latam culpam. th. 9. Sed non propter levem & leviſſimam culpam. ibid. Nec ob imperitiam. ib. Contra Aſſeſſorem tamen datur etiam ob imperitiam. ib. An ſubditi alterius civitatis vel provinciæ agere poſſint contra civitatem vel provinciam, quæ jure ſuperioritatis jus conſtituit ſingulare, juri communi contrarium, hocque obſervavit contra alias civitates vel provincias, antequam hæ civitates vel provinciæ ſimile jus conſtituant? th. 12.

EDICTUM SUCCESSORIUM.

v. ſucceſſorium Edictum.

EDITIO.

Editio inſtrumentorum actoris hodie, non ſine magno Reip. malo, poſt litem conteſtatam reſervatur. D. 119. theſ. 15.

EDUCATIO.

Educatio liberorum vitrico concedi poteſt. D. 5. diſſ. 2. th. 40. n. 6. 10. Item hodiernis moribus matri, ad ſecunda vota tranſeunti. n. 10. Pupilli fiat apud illum, qui omni maligna ſuſpicione caret, cujusque exemplo vita & mores pupilli non corrumpuntur. D. 137. th. 27. num. 2.

In Educatione qui non recte minores inſtituunt, non ſolum ipſis, ſed etiam Reip. injuriam faciunt. num. 3.

EGENUS.

Egenus quis? D. 87. p. 2. m. 1. th. 22. n. 6.

EHEHAFFTEN.

Inter *Ehehafften* refertur jus cauponum, cauponamque erigendi, furnos & molendina. D. 105. theſ. 9. num. 1. 2.

EINBUSS, *EINBUSSEN.*

Verbum, *Einbuſſ*, *Einbüſſen* generale eſt, & comprehendit etiam caſu fortuito amiſſa. D. 111. th. 53. n. 3.

ELECTIO.

Electio mala culpæ ſpecies eſt. D. 107. th. 55. n. 30. Mala eligenti eſt imputanda. D. 129. th. 22. n. 5. Perſonæ ob ſingularem confidentiam ad ſucceſſores vel alios non extendenda. D. 10. th. 42. n. 2. 10.

Electioni filii Jure Civili pater præſens eſſe poteſt. D. 64. th. 1. n. 4.

in Electione Senatorum vel Judicum Jure Hamburg. & Lubecc. perſonæ nominatæ & eligendæ cognati & affines tertio gradu ipſi juncti intereſſe nequeunt. ib. n. 3. 5. 6.

Eligit ſuo ſuffragio frater fratrem. ib. n. 4.

de Electione v. D. 162. per tot.

ELECTOR.

Electores in terris Electoralibus quoad actum ſecundum ob jus primogenituræ non poſſunt habere condominos. D. 159. c. 5. th. 12. Jus vectigalia exigendi adepti in præmium laborum. th. 51. n. 2. Regibus comparantur. D. 166. th. 42. Eccleſiaſtici prærogativam habent. th. 46. cur? th. 47. Anno decimo octavo pro majoribus habentur. D. 135. c. 3. art. 7. th. 5. num. 3.

Electorum in conventu Francofurti, ex quo ſunt convocati tres menſes conceduntur. ib. art. 6. th. 2. n. 3. A ſententiis an poſſit appellari? D. 166. th. 90. 91.

in Electores crimen læsæ Majestatis committitur. D. 141. th. 20.

in Electoribus convocandis unus mensis obtinet, numerandus ex die, quo de morte Imperatoris Moguntino constiterit. D. 138. c. 3. art. 6. th. 2. num. 1. Aurea Bulla octodecim annis completis perfecta & legitima ætas definitur, quam si attigerint, omnia jura, quæ 25. ætatis majores habent, accipiunt, ita ut non tantum officio Electorum fungi, atque suas provincias administrare possint, sed & fratrum minorum tutelam jure in se recipiant. D. 137. th. 17. n. 10. 11. Secus hoc est in aliis Principibus n. 12. Licet fuerit proximus Electoris agnatus. ib.

ELECTORATUS.

Electoratus dividi nequit. D. 159. c. 10. th. 8. n. 4.

EMANCIPATIO.

Emancipatio non tollit privilegia parentibus, ob naturalem reverentiam concessa. D. 13. th. 42. n. 2. Est hodie rarissima. D. 87. p. 2. m. 1. th. 13. n. 2. D. 96. th. 34. n. 2. Dissolvit fraternitatem civilem. D. 87. p. 2. m. 1. th. 13. n. 3. In dubio non præsumitur. D. 147. tit. 6. §. 1. th. 3. n. 10.

Emancipationis vim habet Jure Saxonico separatio. D. 140. th. 40. n. 2. In præmium pater novo jure dimidiam partem usufructus retinet. ibid. n. 1.

EMANCIPATUS.

Emancipatus impubes a patre arrogante sine legitima causa, quartam sibi debitam statim actione personali petere potest. D. 52. th. 41.

Emancipati habentur liberi majorennes & separatim habitantes. D. 67. th. 31. D. 65. th. 32. n. 1. D. 96. th. 34. Secus de Jure Civili. D. 67. th. 31. n. 2. Habentur filii mercatorum, mercaturam separatim exercentes. ib. th. 40. n. 2. 3.

inter Emancipatos & suos differentia quoad successionem ipsam, non quoad modum succedendi sublata est. D. 88. th. 27. n. 3. 4. 5. D. 19. th. 46.

EMERE.

Emit qui sciens rem alienam, re evicta non habet regressum regulariter contra venditorem, adeo ut nec pretium repetere possit. D. 54. th. 21. Qui e. gr. equum ea lege, ut detur experiundus, si interim damnum dedit, an venditor teneatur? D. 116. th. 25.

Emere & vendere nemo invitus compellitur. D. 120. th. 8. n. 2. D. 151. th. 10. n. 1. Limitatur. D. 120. th. 8. n. 2. Possunt qui contrahendo se obligare valent, nec specialiter ab h. contractu excluduntur. th. 11. n. 1. An qui ex officio aliquid vendunt? n. 2. An tutores & curatores? n. 3. An magistratus provinciales? th. 12. An & quatenus nobiles & in dignitate constituti, clerici, collegia, ecclesiastica & privilegiata, hostes, forenses. th. 13. Quis potest rem non tantum in totum, sed & pro parte, & quidem vel divisa, vel indivisa. th. 38.

ad Emendam rem credens non habet tacitam hypothecam. D. 67. th. 10. num. 5. 6.

Emens contra legum interdicta dicitur malæ fidei possessor. D. 7. th. 26. n. 2.

Emptæ aliena pecunia rei nec dominium, nec hypothecam consequitur dominus pecuniæ. D. 67. th. 10. Secus quoad hypothecam de jure Wurtemberg. num. 2.

Empta re, sed nondum tradita venditoris culpa deteriore facta, eo nomine emptori competit non actio Legis Aquiliæ, nec utilis, sed actio empti. D. 40. th. 16.

EMIGRATIO. EMIGRARE.

Emigratio si fiat fraude & dolo, emigrantem

tem ab oneribus prioris domicilii non liberat. D. 72. th. 68. n. 260.

Emigrandi jus & facultatem quilibet habet. ib. th. 59. num. 211. Beneficium subditis diversæ religionis concessum lege vel statuto tolli aut auferri non potest. n. 228. Jus non habent homines proprii sine Dominorum suorum consensu. th. 63. n. 240. Quid obtineat de Jure Wurtembergico? n. 242. Habent ob religionis diversitatem. n. 241.

EMPHYTEUSIS.

Emphyteusis quomodo cum Domino directo consolidetur? Disp. 56. thes. 39. A fœmina originem habens & Titio ejusque descendentibus masculis concessa, transit quoque ad descendentes masculos per filiam Titii. Disp. 70. c. 5. th. 10. n. 20. In rebus Academiæ constituta naturam & qualitatem habet emphyteusis ecclesiasticæ. D. 37. th. 7. Ecclesiastica etiam de sui natura transit in quoscunque heredes, & est perpetua. th. 10. Licet informiter concessa. ib. Cum directo dominio penes alterutrum conjugum existente, constante matrimonio consolidata, ad quæstus an pertineat? D. 128. c. 4. th. 15. n. 9. Concessio est species alienationis D. 110. th. 13. n. 4.

Emphyteusin filii, repudiata patris hereditate jure hereditario accipere & retinere nequeunt. D. 37. th. 9. Ampl. licet defunctus prædium illud emphyteuticarium pro se & filiis suis acceperit. ib. Nec hoc casu ex pacto & providentia illam petere possunt. ib. Limit. nisi manifeste constet de alia contrahentium voluntate. ib. Pro se & heredibus aut liberis acceptam emphyteuta valide etiam sine liberorum consensu alienare potest. th. 11.

in Emphyteusin dare non possunt tutores vel curatores res minorum. th. 18. Si dominus prædii dominantis fundum servientem accipit, confusione non extinguitur. D. 39. th. 17.

Emphyteusi pro se & fratribus suis absentibus accepta, hisce non mandantibus vel ratum habentibus, nullum jus acquiritur. D. 87. p. 2. m. 2. th. 1. n. 6. Jure hereditatis vel alia ex causa ab emphyteuta in dominum directum translata, servitus ab emphyteuta rei illi imposita non extinguitur. D. 37. th. 12. Ab emphyteuta vendita & alienata, ipse Domino dolo majus pretium indicans, cadit jure suo. th. 19.

in Emphyteusi hypotheca ab emphyteuta sine domini consensu constituta Jure Comm. est valida. th. 13. Secus de jure Wurtemb. ib. Sed an propterea jure suo cadat? ib. constituta hypotheca re illa ad dominum ex causa caducitatis reversa, extinguitur. th. 16. Sed quid si hypotheca consensu domini constituta? ib. Seu re emphyteuticaria vendenda duo menses obtinent D. 138. c. 3. art. 6. th. 3. n. 2.

EMPHYTEUTA.

Emphyteuta si debito tempore non solvit canonem, etiam sine interpellatione, ipso jure, suo jure cadit. D. 65. th. 42. n. 1. Jus Saxon. Electorale requirit hic sententiam. n. 2. Ob canonem naturaliter non solutum jure suo non excidit, si ipse demonstret sese compensatione liberatum esse. D. 149. tit. 2. th. 13. n. 7. Si hypothecæ generali omnia sua bona subjecerit, an bona emphyteutica obligentur? D. 37. th. 13. Invito domino emphyteusin deserere nequit. th. 17. Etsi per triennium canonem non solverit. ib. Si emphyteusin vendiderit & alienaverit, domino vero dolo majus pretium indicaverit, cadit ipse jure suo. th. 19.

Novus ad canonem a priori emphyteuta non ſolutum non eſt obligatus. th. 20. Qui fundum emphyteuticarium legavit, ſi poſtea directum quoque redemerit dominium, plenum dominium legaſſe videtur. D. 118. theſ. 69. Tanquam immobilium poſſeſſor a cautione judicio ſiſti abſolvitur. D. 27. th. 15. D. 125. c. 3. th. 6. Habet in re emphyteuticaria, quam ad minimum naturaliter poſſidet, jus cum univerſa utilitate, quod ex natura ſua perpetuum & in heredes tranſitorium. D. 125. c. 3. th. 6. n. 2. An Dominum rei nominare poſſit? D. 106. th. 8. Res emphyteuticas oppignorare poteſt etiam pro debito rei pretium excedente. D. 158. tit. 1. th. 37. n. 4. Quid Jure Saxonico & Wirtemb? ibid.

Emphyteutæ heres regulariter propterea expelli nequit, canone per triennium a defuncto non ſoluto. D. 37. theſ. 21. Si propter tumultus bellicos non licet ingredi fundum emphyt. remittendus eſt canon. D. 19. theſ. 57.

Emphyteutam regulariter expellere nequit heres defuncti, ob canonem defuncto non ſolutum. D. 37. th. 22.

Emphyteuta rem ſub addictione in diem & quidem ſub conditione reſolutiva alienante, an locum habeat pœna commiſſi? D. 152. tit. 2. th. 10.

Ab Emphytheuta quando dominus ſciens, canone per triennium non ſoluto, petit & exigit canonem, caducitatem remittere cenſetur. D. 37. th. 22.

EMPHYTEUTICUS.

Emphyteuticus contractus ſcripturam præciſe non requirit. D. 78. th. 17. n. 3. 4. Retractus an vendi & cedi poſſit? D. 153. §. 2. th. 18. n. 2. Contractus nullus redditur ob dolum cauſam dantem. D. 37. theſ. 8.

Ex Emphyteutico contractu actio perſonalis tantum oritur, quæ ex utraque parte eſt directa. D. 37. th. 8.

In Emphyteutico contractu an locum habeat querela enormis læſionis? D. 154. tit. 5. §. 1. th. 52. n. 1. 2. 3.

Emphyteuticæ rei dominus præfertur creditori hypothecæ, non jure tacitæ hypothecæ, ſed jure dominii. D. 158. tit. 2. theſ. 98. num. 3.

Emphyteuticæ res an & quatenus poſſint permutari? D. 157. §. 3. th. 15. n. 2.

Emphyteutica bona ſine domini conſenſu vendi & oppignorari poſſunt. D. 67. th. 16. D. 65. th. 40. Modo ille ad actualem rei iſtius translationem adhibeatur. D. 67. th. 16. Jure Wirtembergico neque vendi neque oppignorari ſine domini conſenſu poſſunt. ibid. num. 2. 3.

EMPTIO.

Emptio venditio quid & qualis contractus ſit? D. 151. th. 1. n. 1. 2. Semper eſt contractus conſenſualis. D. 115. th. 39. Eſt I. vel ſine ſcriptis, vel in ſcriptis facta. D. 151. th. 4. num. 1. In ſcriptis quid? ibid. Differt ab emptione ſcripta. th. 5. n. 1. Etiam ratione pœnitentiæ. ibid. & n. 2. Qualis in dubio præſumatur? th. 6. II. vel naturalis ſ. Oeconomica, vel artificialis ſ. negotiatoria th. 17. n. 1. An h. ultima ſit licita? num. 2. Perficitur conſenſu contrahentium puro & libero, utcumque declarato, etiam inter abſentes, modo ſit ſimultanenus. theſ. 8. An & de Jure Wirtembergico? th. 9. Sine re, quæ non exiſtit, nec futura ſperatur, non contrahitur. th. 17. In uno non conſtat, ſi quis duos ſervos emerit pariter uno pretio, quorum alter ante venditionem mortuus. ib. An ſubſiſtat, ſi domus exuſta veneat? th. 18. Rei extra commercium exiſtentis an & quatenus valeat? th. 19. 20. Rerum, quæ commercio exemtæ non ſunt, recte contrahitur. th. 21. Pecuniæ quatenus valeat? ibid. Rei communis vel alienæ an & quatenus valeat? ibid. & theſ. 22. Quid

Quid si sciens quis rem alienam vendiderit, vel emerit? th. 23. Ipso jure nulla est, si res vendita emptoris est propria. th. 24. num. 1. Licet emptor hoc ignoraverit. ibid. Qui pretium solutum repetit indebiti condictione. ibid. Si pro parte emptoris propria, illa pro parte nulla tantum est. ibid. Rei per usumfructum, quem emptor in illa habet, non impeditur. n. 2. Pretium tamen minuitur. ib. Juris, quod tertius in re vel ad rem habet & prætendit, a domino facta valet. n. 3. Rei suæ conditionalis subsistit, modo existentis conditionis tempore emptoris non sit. n. 4. Rerum futurarum quando valida? th. 25. n. 1. Futuræ rei hanc tacitam continet conditionem, si aliquid natum vel captum fuerit. th. 26. Si nihil natum vel captum, contractus retro redditur nullus. ibid. Limitatur. ib. Si aliquid natum vel captum, emptio subsistit, & totum pretium debetur, licet sit infra pretium. th. 27. n. 1. Limitatur. ibid. Fructuum pendentium vel qui sunt in herbis, simpliciter facta, licet omnes casu perierint, emtorque nullos perceperit, valet, & damnum hoc pertinet ad emptorem. th. 27. n. 2. vid. tamen th. 28. Spei valet, licet nihil sit natum, nihilque captum. ibid. Nisi hoc dolo vel culpa venditoris factum. th. 29. n. 1. Si aliquid natum vel captum, totum debetur, licet duplo pretium excedat. n. 2. Limitatur. n. 3. In dubio an potius spei an vero futuræ rei videatur contracta. th. 30. Fit vel ad corpus & per aversionem, vel ad mensuram & quantitatem. th. 31. num. 2. Ad corpus quando facta videatur? th. 32. Si ad corpus facta, statim perfecta est, quamprimum contrahentes de re & pretio consenserunt. th. 33. n. 1. Ad corpus facta, quid comprehendat? n. 2. Est titulus ad transferendum dominium habilis. thes. 63. n. 3. Quando ratione periculi dicatur perfecta? D. 154. tit. 6. §. 1. th. 1. Rerum immobilium nudo consensu quocunque modo declarato perficitur. D. 67. thes. 20. n. 3. Jure Wirtembergico requiritur judicialis insinuatio, vel spatium 14. dierum. ib. n. 1. 2. Ad mensuram quando videatur facta? D. 151. §. 1. th. 34. n. 1. Quid in ea obtineat? n. 2. Mensura loci rei sitæ, non contractus est spectanda. th. 35. Quando mensuratio facienda? th. 36. Quando sit perfecta? thes. 37. In dubio a partibus contracta censetur. th. 40. seqq. Non valet, quæ ab initio & expresse statim donationis gratia vel uno nummo facta. th. 44. 45. Minori pretio, donationis causa, facta an & inter quos valeat? thes. 46. An & quando per testes vel instrumenta probetur, licet de certo pretio nihil deponant, vel in se contineant? thes. 47. Non valet, si convenerint partes, quod res justo pretio alicui debeat esse vendita? th. 47. Limitatur. ibid. Non valet, si pretii determinatio collata est in arbitrium contrahentium. thes. 50. Nec valet, si in arbitrium tertii incerti collatio facta. th. 51. Ita, ut nec ad boni viri arbitrium sit recurrendum. ibid. Licet arbitrium peritorum electum ibid. Quid hodie? ib. An valeat, si pretii determinatio in arbitrium tertii certi collata? th. 52. Quomodo differat ab aliis contractibus. th. 62. Quomodo a pacto de emendo & vendendo? th. 63. n. 1. A permutatione? n. 2. A locatione conductione? n. 3. Non omnis in scripturam redacta, in scriptis facta dicitur. D. 115. thes. 40. Est modus obligandi, non vero modus universitatem bonorum transferendi. D. 136. th. 8. num. 6. Donationis causa ex parte recte contrahitur. D. 150. tit. 2. §. 1. thes. 19. num. 2. Sub lege

commissoria facta est pura & statim perfecta. D. 152. tit. 3. th. 9. num. 1.

Emptionis venditionis vocabulum non omnem comprehendit alienationem. D. 151. th. 3. Objectum est merx & pretium. thes. 16. Substantialia quæ dicantur? th. 65. Naturalia interna & externa quæ? th. 66. n. 1. 2. 3. Accidentalia quæ? thes. 67. Ut sunt I. arrha. th. 68. v. voc. Arrha. II. Dies th. 69. v. voc. Dies. III. Conditionis appositio. thes. 70. v. voc. Conditio. Pendente conditione ipsa emptio est in pendenti. th. 71. n. 1. Et ratione obligationis & actionis, non pœnitentiæ, est imperfecta. ib. Nec hic per rei traditionem simpliciter factam conditio usucapiendi vel dominium in emptorem transfertur. n. 2. 3. Limitatur. n. 4. Existente conditione, retro perfecta censetur venditio. th. 72. Deficiente conditione ipsa emptio ab initio nulla fuisse creditur. th. 73. IV. modus. th. 74. Qui venditionem non suspendit. ib. V. Pœna conventionalis. v. Poena conventionalis. VI. Pacta adjecta th. 75. num. 1. In continenti adjecta quænam dicantur? n. 2. Si de essentialibus aliquid tollunt, totum contractum informant, & novum ac in specie diversum inducunt. n. 3. Limitat. ib. Quid si de naturalibus internis aliquid tollunt? th. 76. Quid si de essentialibus nihil tollunt, sed circa illa aliter, & tantum detrahendo vel adjiciendo disponunt? th. 77. Quid si respiciunt naturalia externa, aut accidentalia illis aliquid addendo vel detrahendo? thes. 78. n. 1. 2. th. 79. Ex intervallo adjecta quænam dicantur? th. 80. Si substantialia vel naturalia intrinseca afficiunt, detrahendo vel adjiciendo, quid operentur? n. 1. Quid si tantum naturalia externa & accidentalia concernant, iisdem aliquid addendo vel detrahendo? thes. 81. Resolutiva quænam dicantur? th. 83. Quot modis illa fiant? th. 84. Cujus exempla. th. 85. seq. Pactum de retrovendendo quid? th. 87. 88. Propter hoc pactum prior venditor non manet rei venditæ & traditæ dominus. th. 89. Nec habet ille rei vindicationem contra emptorem aut tertium possessorem. ibid. Sed ipse aut ejus heredes aut successores singulares actionem ex empto contra emptorem ejusque heredes habent. th. 90. Emptor fructus omnes interim perceptos retinet. ibid. Pactum juris Protimiseos vid. voc. Protimisis. Pactum addictionis in diem. v. voc. Addictio in diem. Et Legis Commissoriæ. v. Commissoria Lex. Post contractum quicquid rei pretio accrescit, vel decrescit, illud ad emptoris lucrum & damnum pertinet. D. 154. tit. 5. §. 1. th. 14. n. 2. Ad perfectionem non pertinet dominii translatio, sed tantum ad ejus implementum. D. 152. tit. 3. th. 25. Rescissio quid? D. 154. tit. 5. §. 1. th. 1. A contractu unius pœnitentia non disceditur. tit. 5. §. 2. th. 1. Sed mutuo dissensu. th. 2. n. 1. Modo res sit integra. ibid. n. 2. An res desinat esse integra per fidejussoris, pignoris vel arrhæ dationem? n. 3. Contraria sunt I. Dolus, tam incidens quam causam dans. D. 151. th. 93. Quomodo inter se differant? ibid. II. Metus, qualis, quomodo? th. 94. III. Error. th. 95. Si contrahentes errant circa id, quod principaliter respiciunt, naturaliter contractus est nullus. ibid. Si circa genus contractus, nullus est contractus. th. 96. Si circa personam, cum qua contrahitur, contractum nullum reddit. th. 97. n. 1. Secus si tantum circa personæ qualitatem. n. 2. Vel nomen errent. th. 98. Modo de persona, re & pretio constet. ibid. Si circa pretium contractum

ctum impedit. th. 99. Limitatur. ib. Si circa rem & quidem in ejusdem corpore s. individuo, contractum reddit nullum. th. 100. Si in tota ejus materia, idem dicendum. th. 101. S. unus tantum s. uterque ita erraverit. th. 102. Quænam actiones h. c. competant? ib. Si saltem in parte materiæ vel solummodo circa alias rei qualitates contingit, emptio subsistit. th. 103. 104. Si in sexu, nulla est emptio. th. 105. Si circa accessoria, non vitiat contractum. th. 106. Cujusnam error s. scientia in hujusmodi quæstionibus consideranda veniat? th. 107. IV. Simulatio. th. 108. seqq. v. voc. Simulatio. V. Obscuritas & ambiguitas. th. 113. Contractum non illico reddit nullum, si aliunde de mente contrahentium constat. ib. Unde interpretanda? ib. Si tolli nequeat, interpretanda contra illum, qui verba obscura & ambigua protulit, scripturamque formavit. ibid. VI. Læsio enormis in pretio v. voc. L. 2. C. de resc. vendit.

Emptioni venditioni adjici solitum pactum, quo tamdiu dominium ad tempus reservatur, donec omne pretium venditori solutum, optima cautela est. D. 152. tit. 3. th. 23. Ante traditionem vel in ipsa traditione accedat. th. 26. Emptionis perfectionem h. pactum non impedit, nec illam resolvit, sed venditorem ratione pretii sui securum reddit. th. 24. 25. Additum pactum si non est resolutivum, ex eo, quod emptor legi contractus non satisfecit, vera emptio rescindi nequit. D. 154. §. 2. th. 84.

Emptionem venditionem perfectam non facit dies, in quem pretii solutio vel rei traditio dilata. D. 154. tit. 6. §. 1. th. 14.

Emptione venditione propter enormem læsionem rescissa, fundoque empto venditori restituto, servitus interim ab emptore tertio remissa, vel constituta salva manet. D. 39. th. 14. Sed si servitus sub conditione resolutiva empta, & existente conditione restituitur, tunc servitus interim ab emptore imposita extinguitur. th. 16. Sub addictione in diem & conditione resolutiva contracta, resoluta, fructus & commoda venditori restituenda. D. 118. th. 36. D. 106. concl. 18. Idem dicendum si sub conditione suspensiva inita. D. 118. th. 36. Perfecta una pars, altera invita, sub jactura arrharum pœnitere non potest. D. 11. th. 109. seqq. Si pecunia simpliciter sit data, censetur potius in pretii solutionem, quam arrhæ nomine data. ibid. th. 75. n. 4. Perfecta, periculum non ad venditorem, licet adhuc sit rei venditæ dominus, sed ad emptorem pertinet. D. 152. tit. 3. th. 25. Ita ut emptor etiam post rei interitum pretium solvere cogatur. D. 154. tit. 6. §. 1. th. 2. n. 4. Quid Jure Würtembergico hîc obtineat? th. 3. n. 1. 2. Ampliatur 1. etiamsi conditio resolutiva contractui sit addita. th. 4. n. 1. 2. Aut venditor rem venditam iterum alteri vendiderit, & pretium acceperit. n. 2. 3. aut res fungibiles ad corpus & per aversionem venditæ. n. 3. 4. Aut si alius rem venditam jure protimiseos retrahere desideret & de eo lis duret. th. 5. n. 1. 5. Aut si venditor in rei traditione, donec pretium fuerit solutum, dominium sibi reservaverit. ibid. n. 2. Limitatur 1. si venditoris dolus, lata vel levis culpa casum præcessit. th. 7. 2. si ejus mora intervenit. th. 8. n. 1. Licet res vendita eodem modo apud emptorem fuisset peritura. ibid. Nisi venditor moram per subsecutam oblationem iterum purgaverit. n. 2. 3. 3. Si venditor pacto periculo se subjecit, & casum in se recepit fortuitum. th. 9. n. 1. Quid si solam custodiam promisit? n. 2. 4. Si res vendita periit ex præcedeent

cedente vitio. th. 10. Perfecta omne commodum ad emptorem pertinet. D. 154. tit.6. ʃ.2. th. un. Perfecta venditor actiones propter rei amissionem, deteriorationem, aut interitum contra alios sibi competentes, emptori cedere tenetur. ibid. ʃ.1. th.6. Nondum perfecta rei venditæ periculum pertinet ad venditorem. D. 154. tit. 6. §. 1. th. 11. n. 1. Ut in emptione in scriptis, scriptura nondum perfecta. ibid. n.2. Quid si ædes conditionaliter venditæ? th. 13. Quid si ad quantitatem contracta? th. 15. seqq. Quid si ad gustum facta? th. 22. seqq. Quid in venditione generis ratione periculi? th. 25. Quid in venditione duarum rerum alternative venditarum? th. 26. Quid in perceptione decimarum vendita? th. 27. n. 1. Quid de h. venditione in foro Würtembergico? n. 2.

ex Emptione venditione quales nascantur actiones? D. 155. §. 1. th. 1.

in Emptione venditione perfecta, si venditor dominium, donec pretium solutum sibi reservavit, ad quem pertineat periculum? D. 116. th. 45. D. 118. th. 35. Dominium ante solutum pretium, vel fidem de eo habitam, non transfertur. D. 7. th. 20. n. 1. Differt arrha a pretii additamento *von dem Leykauff*. D. 11. th. 86. Sumptus bibales, *den Wein-oder Leut-Kauff* refundit ille, qui a contractu recedit. th. 87. Datur quandoque sanctus denarius, *der Gottes-Pfenning*, & differt ab arrha. th. 85. Equorum, quod datur famulis pro capistro, *das Halffter-Geld*, differt ab arrha. th. 88. Periculum rei emptæ, conventione de re & pretio inita statim ad emptorem pertinet. D. 64. th. 64. n. 1. Rerum immobilium periculum pertinet Jure Würtembergico ad venditorem ante insinuationem vel effluxum 14. dierum. D. 11. th. 105. n. 5. 6. D. 67. th. 19. Quod & eo jure ad alios contractus extenditur. D. 11. th. 116. Quid de Jure Hamburg. obtineat? D. 64. th. 64. n. 2. In scriptis an ante scripturam absolutam pœnitens pœnam arrhalem incurrat? D. 11. th. 163. seqq. Si simpliciter conventum, ut scriptura fiat, magis probationis, quam perfectionis gratia facta præsumitur. D. 151. th. 5. n. 1. Venditor, qui ignorans rem alienam vendidit & tradidit, obligationi suæ in tantum satisfecisse censetur, ut ante ejusdem evictionem ab emptore conveniri non possit. th. 22. Merx sit certa & determinata. th. 31. Pretium I. consistere debet in pecunia numerata, s. nummis ad numerum solvendis. th. 39. n. 2. D. 156. §. 1. th. 28. Quid si res & pecunia promissa? D. 151. th. 40. Quid si pro re æstimata res alia tradatur? th. 41. Quid si pro re pecunia, sed a Principe reprobata, promissa? th. 42. II. Sit verum, non simulatum. th. 43. Quid si donationis gratia, vel uno nummo, vel minori pretio contracta? th. 44. seqq. III. Sit certum. th. 47. Quod constituitur etiam per relationem, & an & quando hoc fieri possit? th. 49. seqq. Augmentum pretii potest esse incertum. th. 53. Quatenus requiratur justum. th. 54. Justum regulariter intelligitur, quandocunque pretii fit mentio. ibid. justum est vel legale vel vulgare. th. 55. Omnium rerum legale definiri nequit. th. 56. Legale regulariter æquivalens & justum præsumitur. th. 57. In indivisibili consistit, & nullam latitudinem admittit. ibid. Quid de illius excessu & defectu? ibid. Vulgare quodnam? th. 58. n. 1. Quænam circumstantiæ in in eo constituendo considerentur? n. 2. An latitudinem admittat? th. 59. Quotuplex? ibid. In pretio quatenus circumventio licita? th. 60. n. 2. Justum omnis læsionis est mensura. th. 61. Justum

ſtum, ſi determinandum, ad tempus contractus, & ad locum, ubi res venditur & traditur, reſpiciendum. ibid. Potius id quod actum, quam id, quod dictum ſequendum. D. 152. tit. 3. th. 12. Pœnam ultra legitimum uſurarum modum emptor valide promittere non poteſt. D. 155. §. 2. th. 22. n. 1. 2. Venditor pœnam dupli in caſum evictionis jure promittere poteſt. n. 3. An pœna ab emptore venditori in caſum facti ſimul promiſſi non præſtiti promiſſa valeat? th. 23. Pœna conventionalis in caſum pœnitentiæ promiſſa, *der Reukauff* tam ex parte venditoris, quam emptoris valet. th. 24. n. 1. 2. Pretio nondum ſoluto, rei venditæ dominium per traditionem in emptorem non transfertur. D. 155. §. 1. th. 5. n. 1. 2. Limit. niſi venditori alio modo fuerit ſatisfactum. n. 3. Aut ipſe fidem habuerit de pretio. n. eod. Unde fides de pretio habita cenſeatur? n. 3. 4. Quis fidem de pretio habere poſſit? n. 5. Rei venditæ & traditæ dominium ſoluto pretio in emptorem tranſit. §. 2. th. 13. n. 1. Licet nummi alieni ſoluti ſint. ibid. Nummis alienis ſolutis, dominus rem venditam vindicare non poteſt. n. 2. Niſi ſit miles vel pupilli pecunia tutor rem emerit. n. 3. Pretii periculum non ſtatim ex tempore contractus ad venditorem pertinet. th. 15. n. 2. Quantitas uſurarum non conſtituitur pro ratione fructuum, ſed ex more regionis. th. 18. n. 1. Ampliatur. n. 2. Uſurarum præſtandarum cauſa eſt non actualis fructuum perceptio, ſed fruſtratio & mora emptoris contra bonam fidem admiſſa. th. 19. n. 2. v. voc. Actio Empti.

EMPTOR.

Emptor, qui rem emptam, donec pretium ſolvatur conduxit, propter impedimentum citra locatoris culpam ſuperveniens, mercedis exonerationem petere nequit. D. 156. §. 2. th. 16. & th. 30. Theſaurum in fundo empto inveniens, an theſauri ratio habeatur, ita ut venditor tanquam ultra dimidium juſti pretii læſus agere poſſit? D. 116. th. 44. Alieno nomine poſſidet, nec authorem, a quo cauſam habet, nominat, ſed ipſi, ut liti adſit, litem denunciat. D. 106. th. 7. In caſum pretii ſuo die non ſoluti pœnam uſuris majorem promittere non poteſt. D. 113. th. 31. n. 3. ſeqq. th. 32. n. 1. Ampliatur. th. 32. num. 1. ſeqq. Si in pretii ſolutione moram admittit, ex tempore moræ ad uſuras obligatur. D. 122. th. 19. n. 2. Pretio tamen ſoluto, uſurarum reſiduum peti nequit. n. eod. & ſeqq. Præciſe ſolvere tenetur totum pretium. D. 155. §. 2. th. 12. n. 1. Quomodo & quatenus? n. 1. 2. Nummis alienis ſolutis non liberatur. n. 3. An Dominus nummorum rem vindicare poſſit? th. 13. n. 2. Fide de pretio non habita, quando in mora & obligatione ad uſuras conſtituatur? th. 17. n. 1. ſeqq. Uſuras pro more regionis, non pro ratione fructuum præſtat. th. 18. n. 1. Licet emptor maximos vel nullos ex re vendita perceperit fructus. n. 2. & th. 19. In caſum pretii dicta die non ſoluti ultra legitimum uſurarum modum pœnam venditori valide promittere nequit. th. 22. n. 1. 2. Si ultra pretium, etiam factum, tanquam additamentum, promiſit, ejus nomine, & in caſum, ſi non fiat, efficaciter venditori pœnam promittit. th. 23. Etiam non obſervatis legitimis uſurarum metis. ibid. Interdum recte agit ad intereſſe quando? D. 155. §. 1. th. 9. n. 1. & th. 17. n. 5. Intereſſe quomodo h. l. æſtimetur? th. 9. n. 2. Præterita tributa & ſimilia onera, quorum dies ceſſit ante venditionem, ſolvens a venditore repetit. th. 15. n. 6. Limitatur. ibid.

ibid. Ante pretium ſolutum exceptione rei alienæ ſeſe defendere non poteſt, periculo evictionis non imminente. ʃ.2. th. 9. n. 1. Licet extrajudicialis interpellatio intervenerit. n. 2. Vitium in merce probare debet. D. 100. th. 139. Poſterior ſciens priori rem venditam ſi emat tamen, etſi ipſi tradatur, quis potior? th. 150.

Emptori debentur fructus naturales in re vendita tempore contractus pendentes & cum illa cohærentes. D. 155. §. 1. th. 19. n. 1. & ʃ.2. th. 15. n. 2. Ampliatur etiamſi ſint maturi & mox percipiendi. §. 1. th. 19. n. 2. Aut licet re non vendita illorum portio ad colonum partiarium pertineret. th. 20. n. 1. Aut poſt contractum ante rei traditionem apud venditorem nati, & ab ipſo percepti. th. 21. Limit. n. 4. An & quatenus debeantur fructus civiles? §. 1. th. 22. An & quatenus debeatur merces vinea locata vendita? th. 23. Aut ædibus locatis venditis? th. 24. Debentur acceſſiones & pertinentiæ, quæ tempore contractus adfuerunt, vel poſtea acceſſerunt, vel quas venditor acceſſuras promiſit. th. 26. ſeqq. Quæ tempore contractus ad perpetuum rei venditæ uſum deſtinata & in illa collocata erant. d. th. 26. Licet in contractu illorum mentio non fuerit facta. ibid. Aut non ſint affixa, nec cohærentia. th. 27. Ædibus, diverſorio, caſtro, fundo, ſtagno, vivario &c. vendito quæ debeantur, vel non? th. 39. ſeqq. Non debentur quæ in ædibus vel fundo vendito non tanquam partes & perpetui uſus, ſed tantum ornatus & cuſtodiæ gratia aut ob aliam cauſam temporalem exiſtunt. th. 35. n. 1. 2. 3. Licet ſint affixa. n. 4. Limit. niſi aliud dictum. n. 5. Vel de contraria patrisf. mente aliunde appareat. n. 6. Inſtrumenta ad rem venditam pertinentia an tradenda? th. 36. Præſtanda, quæ poſt contractum accedunt. th. 37. ſeqq. Quomodo ſuccurratur tradita re vendita, ſed aliena? ʃ. 2. th. 6. ſeqq.

ad Emptorem pertinet periculum rei venditæ, quamprimum de re & pretio conventum eſt. D. 67. th. 19. n. 1.

in Emptorem quando transferatur rei venditæ dominium? D. 155. §. 1. th. 42.

Emptores plures in ſolidum obligati beneficium diviſionis habent. D. 14. th. 22. num. 6.

EPISCOPUS.

Epiſcopus & Prælatus ſine conſenſu Capitali compromittere non poſſunt. D. 10. th. 15. Hodie peculium quaſi caſtrenſe habere nequit. D. 110. th. 8. n. 2. Qua hora ordinandus? D. 138. c. 3. art. 2. th. 2. n. 9. Limina beati Petri quolibet anno vel per ſe vel per legatum ſalutare juramento adſtringitur. ib. art. 7. th. 2. n. 2.

in Epiſcopum nemo niſi ex legitimo matrimonio natus eligendus eſt. D. 98. th. 34. n. 3. Eligi poteſt legitimatus per ſubſequens matrimonium. ibid.

in Epiſcopis confirmatis ordinandis tres menſes obtinent. D. 138. c. 3. art. 6. th. 2. n. 3. Limitatur. ibid.

EPISTOLA.

Epiſtola quid? D. 14. th. 6. n. 7. D. 78. th. 6. Vocatur nuncius, mutus, ſeu tacens. D. 107. th. 2. n. 5. & th. 24. n. 9. Mutæ voces & verba. D. 139. th. 13. n. 4. Ad abſentes & quidem ad eos, qui facultatem habent rem, de qua ſcribitur, ſuo conſenſu perficiendi, dirigitur. D. 78. th. 10. 11. Ad furioſos, pupillos &c. ſi negotium unius voluntate perfici poteſt. th. 11. n. 3. Non vero ad eos, qui rem, de qua in literis agitur, ſcire prohibentur. th. 12. vel cum quibus ſermonis commercium eſt interdictum. th. 13. Ab hoſtibus miſſa ſine ſuperioris conſenſu

ſu non eſt recipienda. th. 12. n. 9. Si a vaſallo hoſtibus Domini ſit miſſa, an & quando vaſallus feudo ſit privandus? n. 4. Scriptorem facit præſentem, licet ipſe abſit per mille milliaria. th. 14. n. 5. An cognoſcatur ex præmiſſa ſalutatione? th. 32. Ad ſui eſſentiam non requirit emiſſionem & acceptationem. th. 33. Si nomen mittentis non contineat, nihil probat, nec ei credi ſolet. th. 34. Dignitatem mittentis, vel ejus cui mittitur, neceſſario appoſitam non habet. n. 3. 4. Non requirit neceſſario ſigilli appoſitionem. th. 35. n. 2. Datum temporis non habens plene tamen probat contra ſcribentem. th. 37. n. 1. Ut & ſi locus ſcribentis ſit omiſſus. n. 2. q. c. e loco domicilii data præſumitur. n. eod. Non præſentata vel acceptata obligationem contra ſcribentem parit nullam. th. 38. n. 4. Qualem probationem inducat? th. 39. Contra ſcribentem vel ſcribi mandantem plene probat. th. 40. Licet tantum ſigillum vel ſubſcriptionem, non vero ipſam epiſtolam agnoſcat. th. 41. Ab aliquo conſcripta probatur per comparationem literarum. th. 42. Pro ſcribente non probat. th. 44. Niſi duo habeat connexa, unumque ab adverſario ſit acceptatum. n. 4. Vel ſit ab adverſario ipſo in judicio producta. n. 5. 6. Vel ſit ab adverſario non contradicente acceptata. th. 45. Modo acceptans ſciverit, quid in illa contineatur, & eam ſponte acceptaverit. th. 46. Contra tertium fidem non facit. th. 47.

Epiſtolæ dominium ad quem pertineat? th. 48.

Epiſtolam qui ſcribere impediantur & prohibeantur? th. 8. 9. Ad hoſtes mittens proditor eſt & crimen læſæ majeſtatis committit. th. 12. n. 2. 3. Clericus ad matronas, quarum domicilia intrare prohibitus eſt, mittere non poteſt. th. 13. n. 9. Ad Cardinales, cum quibus in conclavi quis loqui prohibetur, nemo mittere poteſt. num. 10.

per Epiſtolam furioſo, accedentibus teſtibus, fideicommiſſum relinqui poteſt. th. 11. n. 4. 5. Quæ negotia expediri poſſint, vel non? th. 14. & ſeqq. & th. 27. ſeqq. An dari poſſit tutor, etiam honorarius? D. 137. th. 10. n. 5. Donationem mortis cauſa abſens acceptare poteſt. D. 78. th. 24. Conſenſum ſuum declarans, ratione conſenſus & animo præſens eſſe videtur. n. 3. Injuria alicui inferri poteſt. th. 25. Contrahentes ex contractu forum ſortiuntur in eo loco, in quo epiſtolam accipiens conſentit. D. 118. th. 10.

EQUITES.

Equites ſunt veri milites. D. 13. th. 24. n. 7. Ordinis faſciæ rubræ, fœminæ egregiæ obviantes, eam pedibus comitari debent. n. 8.

EQUUS.

Equi in tribus tantum vitiis edictum ædilium curulium in foro Sax. quoad emptionis reſolutionem frequentatur. D. 114. th. 16. Quid in foro Würtemberg. ib.

ERBGUTH.

Quid per vocem *Erbguth* intelligatur? D. 136. th. 22. n. 1.

ERROR.

Error an negotium nullum reddat & quatenus? D. 58. th. 32. n. 2. D. 139. th. 20. n. 6. Circa perſonas contractum vitiat. D. 104. p. 1. c. 3. th. 7. n. 2. & c. 4. th. 3. Etiam realem contractum. c. 4. th. 4. n. 1. An faciat jus? D. 165. th. 94. Juris a dolo & mala fide excuſat, inprimis in hereditatis petitione. D. 114. th. 24. Scientiæ refragatur & voluntatem excludit. D. 151. th. 95. Circa id, quod principaliter contrahentes reſpiciunt, commiſſus, naturaliter nullus eſt. ibid. Si circa genus contractus commiſſus, contractus nullus eſt.

eſt. th. 96. Si circa perſonas contrahentes, idem eſt. th. 97. n. 1. Secus ſi tantum in qualitate perſonæ commiſſus. n. 2. Quid ſi circa nomen? th. 98. Circa pretium impedit venditionem. th. 99. Limitatur. ibid. Circa rem & quidem in ejusdem corpore & individuo commiſſus contractum nullum reddit. th. 100. In tota ejus materia & ſubſtantia, idem operatur. th. 101. Sive unus tantum contrahentium ita erraverit ſ. uterque. th. 102. Quænam actiones h. c. competant? ibid. Quid ſi ſaltem in parte materiæ, vel ſolummodo circa rei qualitates aut in ſexu commiſſus? th. 103. 104. 105. Quid ſi circa acceſſoria tantum? th. 106. Cujusnam in ejusmodi quæſtionibus ſit conſiderandus? th. 107. Nominis veritati non officit. D. 146. th. 27. n. 5. Præſumptionem omnem tollit actuum reiteratio. D. 139. th. 6. n. 4.

per Errorem ſolutam pecuniam indebitam bona fide qui accepit, per caſualem pecuniæ illius interitum, quem neque mora, neque culpa præceſſit, liberatur. D. 45. th. 12. Dati cujus repetitio, illius conſulto dati donatio. D. 145. tit. 6. th. 13. n. 2. Ampliat. & limitat. ib. & n. 4.

ETIAM.

Verbum, Etiam, quid importet? D. 84. th. 11. n. 2. 3. 4.

EUCHARISTIA.

Euchariſtiam qui per infirmitatem evomuit, ſeptem dierum pœnitentiam agit. D. 138. c. 3. art. 4. th. 4. n. 5. Qui per ebrietatem evomuit, Laicus per quadraginta dies pœnitet. ib. n. 13. Si Monachus, Clericus, Diaconus, &c. ſeptuaginta dierum pœnitentiam ſubit. n. 16. Si Epiſcopus, nonaginta. n. 17. Monachi & Moniales ſingulis menſibus ſuſcipiunt. ib. art. 6. th. 2. n. 1.

EVENTUS.

ex Eventu quando probetur enixa voluntas? D. 139. th. 6. n. 10.

E VESTIGIO.

E veſtigio quid denotet? D. 138. c. 3. art. 1. th. 3. n. 1.

EVICTIO.

Evictio locum non habet in venditione a lege, propter utilitatem publicam, vel intereſſe tertii prohibita, adeoque ipſo jure nulla. D. 76. th. 42. n. 3. An ab Actore præſtanda, ſi præſtitit juramentum in litem, & reus rem illam, de qua lis erat, poſſideat? D. 144. th. 14. n. 4. Etiam jure actionis peti poteſt, licet diviſio a teſtatore fuerit facta. D. 41. th. 8. Non habet locum, ſi per vim majorem res ablata. D. 116. th. 110. In donatione non præſtanda. D. 128. c. 4. th. 29. n. 6. Limitatur. ibid. Emptioni venditioni naturaliter & tacite ineſt. D. 38. th. 3. n. 3. An debeatur marito, dote promiſſa tradita evicta? th. 12. n. 2. ſeqq.

Evictionis actio etiam deſcendit ex donatione remuneratoria propter ſingularia merita facta. D. 116. th. 52.

de Evictione an & quando teneantur coheredes, hereditatis diviſione facta & aliqua re uni evicta? D. 41. th. 7. Non tenetur procurator domini *nomine res* diſtrahens. D. 118. th. 42. *Conveniri* poteſt venditor, aut directa actione, ſi quis fundum emerit vel vendiderit nuncii miniſterio, qui poſtea evictus. D. 107. th. 59. n. 7. Non tenetur creditor vendens pignus. D. 112. th. 49. n. 5. Venditor fidejuſſorib. cavere non tenetur. D. 64. th. 62. n. 1. Secus de Jure Hamburg. & Auſtriaco. n. 2. 3. 4. Quemcunque tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. D. 76. th. 38. n. 4. & th. 40. n. 4.

Evicta re, venditor pretium cum intereſſe reſtituit. D. 64. th. 65. n. 1. Jure Hamburg. pretium & loco intereſſe decimam ejus partem. n. 2. 3.

Evicto feudo, an evictio præſtetur? D. 41. th. 7.

Evin-

Evinci poteſt res immobilis alienata, etiam poſt annum a tempore alienationis. D. 64. th. 60. n. 1. Secus de Jure Hamburgenſi. n. 2.

EXCEPTIO.

Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. D. 4. th. 57. n. 3. D. 120. th. 33. n. 3. Plurium conſortum opponitur uni in judicio, communi nomine ante litem conteſtatam agenti. D. 18. th. 31. n. 4. Fidejuſſori competens, non competit debitori, illius heredi. D. 56. th. 52. n. 6. An alteri per alterum acquiratur? D. 63. th. 14. n. 4. Seu limitatio debet eſſe de caſu & genere regulæ. D. 11. th. 112. n. 8. Ad ea non extenditur, quæ ſub regula non comprehenduntur. ibid. Exinde perpetua non eſt, quia non impedit condictionem indebiti. D. 13. th. 49. n. 6. 7. Præſcriptionis an a Judice ſuppleri poſſit? D. 116. th. 91. Fori declinatoria quaſi eſt domini nominatio. D. 106. th. 18. n. 3. falſi procuratoris ſ. deficientis ad agendum mandati in omni parte judicii opponi poteſt. D. 121. c. 2. th. 5. num. 2. Etiam poſt ſententiam in ipſa executione. ibid. A judice ex officio ſupplenda. n. 3. Diu non præſtiti patrocinii, laboris exigui &c. in Camera non attenditur. D. 124. th. 19. n. 6. Fori declinatoria in principio litis opponenda. D. 106. th. 18. n. 2. 3. Non factæ interpellationis, quod ſcil. principalem creditor non interpellaverit, objici mercatori poteſt. D. 100. th. 125. Solutionis & falſi dantur contra literas cambii. th. 184. Tutoris nondum conſtituti vel inventarii nondum confecti an dentur contra literas Cambii? th. 185. Tu non potes eſſe in judicio, apud mercatores filiofam. opponi poteſt. th. 277. Omnis proceſſus ex jure civili reſpiciens, in curia mercatorum rejicitur. th. 278. Perjurii, ut cum mercator ſe ſoluturum juravit, in curia mercatorum effectum non habet, ſi ſolvere non poterit. th. 284.

Exceptionis ope qui tolluntur, non tolluntur ipſo jure. D. 14. th. 29. n. 3. Naturam non mutat tempus, quo hæc vel illa proponenda. th. 32. n. 3.

Exceptionem non habere, & ea uti nolle, paria ſunt. th. 31. n. 5.

Exceptione tutus an reſpondere poſſit per verbum; Non credo? D. 93. p. 2. th. 25. n. 10.

Exceptiones peremptoriæ regulariter poſt litem conteſtatam opponendæ ſunt. D. 14. th. 33. n. 2. D. 66. th. 50. num. 2. Etiamſi ſint privilegiatæ, de Jure ſcil. Würtembergico. D. 56. th. 59. num. 4. Limitatur. D. 14. th. 33. n. 4. ſeqq. D. 66. th. 50. n. 3. Quæ tamen limitatio Jure Würtemberg. locum non habet. D. 66. th. 50. n. 4. 5. Hodie omnes ſub ipſo litis exordio proponendæ ſunt. D. 14. th. 33. n. 9. Peremptoriæ non omnes ſunt perpetuæ. D. 118. th. 87. D. 106. concl. 45. Dilatoriæ & declinatoriæ ante litem conteſtatam opponuntur. D. 15. th. 47. n. 2. D. 65. th. 3. n. 1. D. 66. th. 49. Niſi de novo poſt litem conteſtatam emergant. D. 15. th. 48. n. 3. D. 82. th. 23. n. 1. Cur ante litem conteſtatam opponi debeant? D. 82. th. 23. n. 2. Plures habens, iis ſucceſſive uti poteſt. D. 66. th. 49. n. 1. D. 65. th. 3. n. 1. D. 64. th. 17. n. 1. Omnes de jure Camerali Saxon. Würtemberg. Hamburg. in termino ante L. C. reo præfixo ſimul proponi debent. D. 64. th. 17. n. 2. 3. 4. D. 65. th. 3. n. 2. 3. D. 66. th. 49. n. 2. ſqq. Rei judex regulariter ſupplere non tenetur. D. 61. th. 25. n. 2. Niſi in criminalibus, uti & exceptiones ab extraneis, reo invito, oppoſitæ accipiuntur. n. 3. 4. Cur dicantur regulariter perpetuæ? D. 84. th. 17. n. 7. Actionibus in judicium deductis opponuntur. n. 2. 3. 4. A reo in judicium deduci neque-

queunt, ſi actori nulla imputari poteſt mora. th. 19. Facti ſive intentionis quæ? th. 43. 44. Si reus in judicium deducat, eo ipſo actori actionem competere, non ſtatim fatetur. th. 45. Poſt terminum ſtatutum oppoſitæ regulariter non audiuntur. th. 46. n. 4. Quando a reo probandæ? th. 79. Procuratoriæ, tanquam dilatoriæ, regulariter ante L. C. opponendæ. D. 121. c. 2. th. 5. n. 2.

EXCEPTIO IMPLEMENTI NON SECUTI ſeu REI NON TRADITÆ.

Exceptio implementi non ſecuti ſ. rei non traditæ differt ab exceptione non numer. pecuniæ quomodo? D. 142. ∫. 3. th. 25. Eſt dilatoria ratione effectus. n. 2. Perpetua eſt ratione præſcriptionis. n. 3. Quando poſſit opponi? n. 4. Non habet locum in actione depoſiti directa. D. 149. tit. 3. ∫. 2. th. 7. n. 4.

EXCEPTIO NON NUMERATÆ PECUNIÆ.

Exceptio non numeratæ pecuniæ contra chirographum ſuum a debitore intra biennium opponenda. D. 64. th. 24. n. 1. Jure Hamburg. nihil operatur, ſi debitor chirographum ſuum ſemel recognoverit. n. 2. 3. An inter mercatores locum habeat? n. 4. D. 100. th. 129. An inter mercatores locum habeat in literis cambii? th. 186. An contra confeſſionem partis in ſcriptura factam ſe tot florenos arrhæ nomine accepiſſe, opponi poſſit? D. 15. th. 174. n. 4. In omnibus cauſis non exceptis, quibus pecuniæ vel aliæ res datæ conſcribuntur, locum habet. ib. n. 5. 6. Eſt peremptoria & ratione effectus perpetua. D. 142. §. 3. th. 2. n. 1. th. 25. n. 2. Eſt temporalis ratione præſcriptionis. n. 3. Interdum eſt intentionis, interdum juris. D. 118. th. 104. An reſtringenda ad confeſſionem dotis & mutuæ pecuniæ acceptæ? ibid. Opponi non poteſt ſi nulla continetur in literis cambii accepti confeſſio. D. 43. th. 19. An opponi poſſit, ſi quis ſpe futuræ numerationis literas cambii dedit, & illas is, ad quem transmiſſæ, acceptaverit? th. 20. Differt ab exceptione implementi non ſecuti ſ. rei nondum traditæ, quomodo? D. 142. ∫. 3. th. 25. Opponi nequit illi qui literas cambii datas, transmiſſas & præſentatas acceptavit, & præſentanti pecuniam bona fide ſolvit, & poſtea eandem a mandante, qui literas cambii ſcripſit & dedit, repetit actione mandati. D. 43. th. 20. D. 142. ∫. 3. th. 12. Non locum habet de conſuetudine inter mercatores, cambium pure & ſimpliciter acceptantes. D. 43. th. 18. D. 142. ∫. 3. th. 13. Opponi poteſt contra inſtrumenta tam publica, quam privata, & guarentigiata, paratam executionem habentia. D. 142. §. 3. th. 10. n. 1. th. 14. n. 1. Ampliatur. ibid. Limitatur. n. 2. Etiam jurata. th. 14. n. 1. Niſi quis jurato affirmaverit, ſeſe pecuniam numeratam accepiſſe. n. 2. Etiam contra partem inſtrumenti tantum. th. 16. Opponi non poteſt contra *inſtrumentum* depoſiti. th. 17. Etiam irregularis. ibid. An contra confeſſionem deponentis de depoſito recepto? ibid. Nec contra apochas publicarum functionum. th. 18. n. 1. Nec contra confeſſionem dotis acceptæ, poſt inſtrumentum dotale a marito factam. n. 2. Nec contra ratiocinia Argentariorum. n. 3. Nec contra cautiones, quæ anteriorem & præcedentem continent debendi cauſam. n. 4. Nec contra transactiones. n. 5. Nec contra confeſſionem, cautionem & promiſſionem, ex alia, quam numerationis cauſa. th. 19. n. 1. Nec contra confeſſiones in teſtamento factas. n. 2. Nec contra confeſſiones in judicio jurisdictionis conten-

tentiosæ factas. n. 3. An contra eas, quæ coram testibus factæ? n.4.
Exceptionem non numer. pec. habens chirographum condicere potest. D. 84. th. 26. n. 4. Protestatione perpetuam quis reddere potest. ibid.
in Exceptione non num. pec. biennium servatur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 3. n. 1.
v. voc. Querela non num. pecuniæ.

EXCIPERE.

Excepta regulariter a quavis dispositione censentur, quæ fiunt causa necessitatis. D. 110. th. 13. n. 4.

EXCOMMUNICATUS.

Excommunicatus an in judicio agere possit? D. 84. th. 37. n. 6. An agere possit in judicio in terris Augustanæ confessionis? D. 118. th. 123. An contrahere possit? ibid, An sepeliendus? th. 124. An procuratorem in rem suam dare? D. 120. th. 16. A Pontificibus a judiciis in tantum excluditur, ut neque per se, neque per alium in judicio agere vel alterum convenire non possit. D. 120. th. 16. n. 1.
ad Excommunicatum nuncium mittere non licet. D. 107. th. 23. n. 3.

EXCUSSIONIS s. ORDINIS BENEFICIUM.

Excussionis beneficium utilissimum & frequentissimum est. D. 15. th. 1. n. 9. 10. Quid? th. 3. n. 4. th. 4. n. 4. th. 5. Est privilegium reale ab Imper. Justiniano introductum. th. 7. 9. Non est de apicibus juris, nec bono & æquo contrarium. th. 10. n. 7. seqq. Jure Canon. abrogatum non est. n. 10. Datur omnibus fidejussoribus. th. 11. Fidejussori simplici. th. 16. n. 2. Etiamsi sit addita clausula: *Alles getreulich und ohne Gefehrd.* n. 3. Fidejussori succedaneo, respectu rei principalis. th. 17. Et respectu fidejussoris principalis. n. 2. D. 118. th. 91. Fidejussoribus, qui semet ut principales debitores constituerunt. D. 15. th. 22. D. 64. th. 59. Secus de Jure Würtemberg. Saxon. & Hamburg. D. 15. th. 22. n. 12. D. 64. th. 59. n. 2. 3. 4. D. 82. th. 22. n. 18. Mandatoribus & constituentibus. D. 15. th. 23. D. 46. th. 12. D. 118. th. 16. D. 115. th. 19. D. 146. tit. 5. §. 2. th. 5. n. 2. D. 150. tit. 1. §. 2. th. 3. Possessori hypothecæ tertio. D. 15. th. 26. n. 1. D. 158. tit. 1. th. 58. Etiamsi alicui res specialiter fuerint obligatæ. D. 15. th. 26. n. 6. D. 158. tit. 1. th. 58. Aut causa sit vel summaria vel ordinaria. D. 158. tit. 1. th. 58. Aut hypothecæ pactum executivum sit additum. ibid. Possessori rei hypothecatæ actione Pauliana convento. D. 15. th. 27. Tutoribus, curatoribus honorariis, respectu illorum, qui administrationis gratia dati sunt. th. 29. Non vero, si omnes administraverint. th. 31. Tutoribus notitiæ gratia constitutis. th. 30. Et illis, qui ex communi conventione ab administratione abstinuerunt. th. 32. n. 3. Vel si citra eam propria voluntate abstinuerint. n. 5. Illis, inter quos divisa privata tutorum conventione administratio est. th. 33. n. 5. Non vero illis, qui pro indiviso administraverunt. n. 2. Magistratibus subsidiaria actione conventis. th. 34. Ei, qui pretio accepto, omisit hereditatem. n. 4. An fidejussoribus, si debitor moratorium impetravit? D. 16. th. 17. n. 2. seqq. An promittenti pro alio solvere? D. 82. th. 22. n. 16. 17. An constitutori? D. 46. th. 12. D. 118. th. 16. Quid si novandi animo se debitorem constituerit? D. 118. th. 26. Si debitor principalis fuerit solvendo vel præsens. D. 82. th. 20. n. 2. 3. Fidejussori, si præter eum pignora sint data, sive debitor sive creditor, sive tertius possideat. ib. n. 4. 5. 6.

Admi-

Administratori civitatis, sed quando? D. 103. c. 3. th. 27. Si debitor & fidejussor sint mercatores, creditor vero non. D. 100. th. 127. An locum habeat inter mercatores? th. 124. Si fidejussor non sit mercator? th. 126. Non datur indemnitatis fidejussori. D. 15. th. 18. D. 118. th. 91. Qui ipso jure tutus est, etiamsi sit juratus. D. 15. th. 18. n. 1. & th. 19. D. 83. th. 38. n. 1. seqq. Fidejussoribus juratis. D. 15. th. 21. Scilicet de praxi, secus de Jure Civili. ibid. Expromissoribus. th. 24. Duobus reis debendi. th. 25. Disp. 116. th. 92. vid. tamen D. 129. th. 66. n. 3. Nisi ad unum solummodo omnis pecunia pervenerit. D. 15. th. 25. n. 3. seqq. Sociis. D. 129. th. 24. n. 2. seqq. v. tamen th. 66. Eo tendit, ut rei principales prius conveniantur. D. 15. th. 35. n. 2. Sic prius conveniendi sunt reorum principalium successores. th. 36. n. 1. Licet etiam hereditas sit jacens. n. 3. Fiscus, si in debitoris principalis locum successerit. n. 4. 6. Quatenus differat ab aliis beneficiis debitoribus concessis? th. 44. Qui habent, se defendunt ope exceptionis. th. 45. A suprema potestate vel recipi vel mutari potest. D. 82. th. 22. Abrogatum est Statuto Noribergensi. n. 2. Quid obtineat in Austria? n. 3. Quibus in casibus cesset? D. 156. tit. 1. th. 59. Cessat, ubi bona debitoris excutienda sunt in territorio admodum dissito & remoto sita. D. 15. th. 39. n. 6. 8. Ubi principalis in longinquis locis abest, & sic inidoneus est ratione facultatis conveniendi. ib. n. 4. & th. 42. n. 3. D. 82. th. 22. n. 15. Si principalis debitor a creditore conveniri non potest. D. 15. th. 41. n. 2. In fidejussore pupilli, sine tutoris authoritate stipulantis. num. 3. Mulieris, sine curatoris consensu contrahentis. n. 5. Judicio sisti, & judicatum solvi. D. 82. th. 22. n. 13. Pro debitore naturaliter tantum obligato interveniente. ibid. n. 11. Debitori sine beneficio inventarii succedente. n. 12. D. 15. th. 53. n. 6. 7. 8. D. 56. th. 55. Qui dolo malo inficiantur se fidejussisse. D. 15. th. 52. Si principalis debitor extraordinario aliquo remedio obligatione eximatur. th. 41. n. 6. Si principalis latitet. th. 42. n. 5. Si sit tyrannus, potens &c. ibid. Si debitor notorie non sit solvendo. th. 43. D. 82. th. 22. n. 14. Si ei renuntiatum sit. D. 15. th. 51. D. 64. th. 59. n. 3. Modo renuntiationem præcesserit certioratio. D. 15. th. 51. n. 3. Vel non fuerit renuntiatio generalis. D. 82. th. 22. n. 6. 7. Limitatur. n. 9. 10. Quæ renuntiatio officit heredibus. n. 10. Inter mercatores. D. 15. th. 53. D. 82. th. 22. n. 4. Multis casibus remissive. D. 15. th. 53. n. 2. 3.

Excussionis exceptio non est facti, sed juris. th. 45. n. 6. Est dilatoria & ante litem contestatam opponenda. th. 46. 47. D. 84. th. 40. n. 8. n. 10. D. 82. th. 23. D. 158. tit. 1. th. 67. n. 2. Ante litis contestationem omissa, postea allegari non potest. D. 15. th. 47. n. 3. Ut in Ducatu Würtemb. n. 4. Licet aliis in locis aliter sit observatum. n. 5. 6. Quandoque post L. C. opponi potest. th. 48. Quod hodie indifferenter fit de praxi. D. 82. th. 23. n. 4. Opposita a judice attendenda est. D. 15. th. 49. D. 82. th. 23. n. 5. Non opposita a Judice non supplenda venit. D. 54. th. 44.

Excussio in bonis ex testamento alienari prohibitis fieri potest, si causa alienationis necessaria ab ipso prohibente venerit. D. 15. th. 40. n. 3. seqq. Secus si ab herede veniat alienationis causa. n. 6. Ad alterius creditoris instantiam facta aliis, ut constet, an debitor sit solvendo, prodest. D. 82. th. 23. n. 6.

ab Excussione rigorosa eximuntur quidam per privilegium competentiæ. D. 15. th. 38.

Excutere quid significet? D. 83. th. 39. n. 3. 4. 5.

Excutiuntur omnia bona principalis debitoris. D. 15. th. 37. Nec debitori quidquam relinquendum. n. 2. Heredis bona propria. n. 3. Nisi inventarium confecerit. n. 4.

EXECUTIO.

Executio parata non competit ex privatis chirographis debitorum. D. 65. th. 26. n. 1. Secus hodiernis moribus, si instrumenta sint liquida. n. 2. Juris non habet injuriam. D. 89. th. 26. n. 3. Parata in curia mercatorum est. D. 100. th. 333. Non potest fieri pro delicto filiifam. in peculio adventitio. D. 19. th. 35. An & quando impediatur per restitutionem in integrum petitam? D. 33. th. 2. D. 118. th. 7. Non valet in bona illius, cujus nomine non est contractum. D. 103. c. 3. th. 21. n. 7. D. 121. c. 5. th. 2. n. 12. Non valet in libros studiosorum aut arma. D. 123. th. 24. n. 10. Die festo insinuanda non est. D. 107. th. 51. n. 3. Secus hodie de jure Camer. n. 4. 5. In bona institoris fieri nequit. D. 147. tit. 3. §. 1. th. 9. n. 1.

Executionis criminalis sumptus, vulgo *Hencker-Geld*, a magistratu, etiam in processu ordinario, de jure suppeditandi sunt. D. 119. th. 20.

ab Executione processus nunquam est incipiendus. D. 65. th. 26. n. 1.

Executiva via contra heredem legatarii etiam procedere possunt. D. 97. th. 23.

EXECUTORES ULTIMARUM VOLUNTATUM.

vid. Testamenti Executio.

EXEMPTIO.

Exemptionis privilegium an Princeps alicui concedere possit? D. 165. th. 127.

Exemptionem & immedietatem contra dominum territorialem allegans, eandem probare debet. D. 72. thes. 50. n. 169.

EXERCITOR.

Exercitor quis? D. 147. tit. 1. th. 4. n. 2. Non obligatur ex contractu nautarum. th. 2. n. 9. Nec si præpositionis formam egressi. n. 10.

Exercitori an detur actio contra illos, qui cum magistro navis contraxerunt? th. 8.

contra Exercitorem an detur jure Civili actio? th. 7.

Exercitores plures navis ex contractu magistri singuli tenentur in solidum. D. 47. th. 1. D. 129. th. 29. n. 4. Et ille, qui minimam in navi habet partem. D. 47. th. 1. Nec gaudet beneficio divisionis. ibid. Quod tamen unus præstitit, illud pro rata vel societatis vel communi dividundo judicio a reliquis repetit. ibid. Quid si quidam exercitores non sint solvendo, & unus in solidum conventus? D. 129. th. 25. & th. 29. n. 6. Plures navis simul contrahentes singuli tantum tenentur pro ea parte, quam in navi habent, sed qua actione? D. 47. th. 2. Secus si unus tantum ex illis contraxit. ibid.

v. voc. Actio Exercitoria.

EXHEREDATIO.

Exheredatio in testamento destituto facta nulla est, nec quicquam nocet exheredato. Disp. 132. thes. 11. num. 1. Quæ dicatur justa? D. 68. p. 3. th. 34. n. 1. Iniqua testamentum non facit ipso jure nullum. ib. n. 1. 2. Secus de Jure Würtemberg. quoad liberos & parentes. n. 3. Facta ex vehementi ira nulla est. D. 92. th. 21.

EXISTIMATIO.

de Exiſtimatione conſervanda transactum non videtur, licet civilis pecuniaria pœna gravior ultra legem fuerit impoſita. D. 53. th. 28.

EXPENSÆ.

Expenſæ quæ ſint magnæ, & modicæ? D. 4. th. 38. n. 5. Magnæ in res conjugum proprias ad perpetuam utilitatem, non pertinent ad æs alienum ſociale. n. 4. An dicantur penſiones & penſitationes? D. 80. th. 3. 4. Sunt vel judiciales vel extrajudiciales. th. 5. Extrajudiciales neceſſariæ quæ? theſ. 6. Utiles quæ? th. 7. Voluptuariæ quæ? th. 8. Judiciales quæ? th. 9. 10. Voluntariæ quæ? theſ. 11. Neceſſariæ quæ? th. 12. ſeqq.

Expenſarum probatio plerumque difficilima. D. 123. theſ. 6. num. 6.

Expenſas in res dotales caſu deterioratas factas conferens deducit. D. 77. th. 40. num. 3.

in Expenſas non condemnandus, qui pro ſe aliquorum JCtorum habet opinionem. D. 23. th. 2.

ob Expenſas an Magiſtratus res furtivas retinere poſſit? D. 146. tit. 1. theſ. 10. In rem pignoratam factas creditor jure retentionis utitur. D. 146. tit. 7. §. 3. theſ. 4. num. 4. Quas quis fecit in re alterius locum habet retentio. D. 123. th. 20. Sed quando? ibid.

Expenſis niſi deductus fructus non intelliguntur. D. 4. th. 21. num. 5.

EXPENSÆ LITIS.

Expenſæ judiciales neceſſariæ varii ſunt generis. D. 80. th. 12. & ſeqq. Solutæ quatenus ab adverſario repetantur? th. 16. Victoriæ quæ? num. 6. Regulariter a victo victori reſtituendæ ſunt. th. 17. Etiam in criminalibus. th. 18. Non tantum ab accuſatore. theſ. 19. Quod de Jure Wirtemberg. quoad fiſcum limitatur. n. 2. Sed & a reo. n. 3. 7. Niſi reus pœna corporis afflictiva puniatur. n. 3. ſeqq. In cauſis primæ & ſecundæ inſtantiæ. th. 20. Scilicet ab Appellante. n. 2. An etiam ab Appellato? th. 20. 21. 22. Sive ſint ante, ſive poſt litem conteſtatam factæ. th. 23. Modo a parte in judicio petitæ fuerint. th. 24. n. 1. Ob cauſam deſertam veniunt jure actionis. th. 28. n. 2. Deſignatæ ad monetam uſitatam redigendæ ſunt. th. 33. Quando tacite cenſeantur petitæ? th. 40. n. 2. ſeqq. Debentur victori ob temeritatem victi. th. 41. Licet quis juramentum calumniæ præſtiterit, & poſtmodum cauſa ceciderit. th. 46. D. 143. theſ. 112. n. 3. Licet quis ſine dolo & malitia, modo ſine juſta cauſa, litigaſſet. D. 80. th. 49. Non tantum a victo, ſed & ab ejus heredibus, ſi is interim fuerit defunctus. num. 2. Non debentur, ſi reus habuerit juſtam litigandi cauſam. th. 42. Secus eſt quoad eas expenſas, quæ in ſtipulationem deductæ ſunt. theſ. 43. Quæ ſint juſtæ litigandi cauſæ? th. 42. ſeqq. D. 57. p. 2. c. 2. th. 5. n. 2. ſeqq. Non debentur ſi actor juraverit in ſupplementum, aut victus pro ſe habeat quaſdam probationes. D. 80. theſ. 45. Compenſantur, ſi victus habet juſtam litigandi cauſam. th. 41. num. 2. Adjudicantur quandoque pro rata victoriæ & temporis. th. 48. Refunduntur etiam a renunciante liti. theſ. 50. Ab eo, qui inſtrumentum litis deciſorium malitioſe uſque ad finem litis diſtulit. th. 50. n. 5. Quando jure actionis petantur? th. 58. Quando officio judicis? th. 59. Si non fuerint adjudicatæ, & victor contra judicem agere nolit, ab omiſſa expenſarum condemnatione provocare poteſt. n. 3. Regulariter præſtanti juramentum purgationis non

non adjudicantur. D. 143. th. 63. n. 3. Expensarum nomine veniunt necessariæ. D. 80. th. 53. n. 2. Non vero damna. n. 3. 4. Nec salarium, si quis in propria causa postulaverit. th. 54. Limitatur. th. 54. 55. An salarium, si advocatus victori gratuitam præstiterit operam? th. 55. n. 2. 3. An pecunia, quæ pro Doctorum consiliis datur? th. 56. Veniunt etiam illæ, quæ post condemnationem a victore in eandem causam ex eadem lite necessario fiunt. th. 57. Designatione judici oblata, quomodo procedendum? thes. 34.

Expensas a victo victor, si illas petere omiserit, novo judicio petere non potest. th. 24. n. 2. Limitatur. n 3. & th. 25. Taxat ille judex, qui illas victori adjudicavit. th. 32. Designatas judex moderatur. thes. 35. Moderatas victor hodie juramento assеverat. th. 35. n. 5. D. 66. th. 69. n. 1. Licet sint modicæ. D. 80. th. 36. Aut reus in instrumento obligationis promiserit, se velle stare super expensis simplici dicto actoris sine juramento. thes. 37. Quid de Jure Camerali & Wirtemberg? D. 66. th. 69. n. 2. 3. 4. Si inique taxaverit judex, eam taxationem ipse revocare potest. D. 80. th. 38. Non adjudicat necessario judex, si non fuerint petitæ. th. 39.

in Expensas condemnare victum si omiserit judex, sententiam per totum diem, quo lata est, supplere potest. th. 26. n. 1. Si plane omiserit judex, cum victori eo nomine teneatur, an tales expensas a victo repetere possit? th. 27. Si in sententia desertionis omiserit, etiam ex intervallo ad instantiam partis adversæ condemnatio earum fieri potest. th. 28. n. 2. Condemnat judex primæ & secundæ instantiæ. th. 28. Licet hic causam non devolutam vel desertam pronunciet. ibid. n. 1. Condemnare potest arbiter. th. 29. Condemnatio fit sæpius sub incerta & indeterminata quantitate. th. 30. Condemnandi potestatem judex in sententia sibi reservare nequit. th. 31. n. 1. Secus est quoad earum taxationem. n. 2. 3. Quando victor condemnandus? th. 50. n. 6. Condemnatur appellans, si appellationem a se interpositam deserat. th. 51. An condemnandus referens juramentum sibi relatum? D. 95. th. 109. n. 4.

ad Expensas, & id, quod interest, tenetur judex male vel contumeliose in aliquem inquirens. D. 80. th. 52. Tenetur monachus in judicio victus. ib. n. 3.

EXPLORATOR.

Exploratores, qui secreta hostibus nunciant, tanquam proditores, etiam Jure Romano, capite puniuntur. D. 107. th. 22. n. 14.

EXPRESSUM.

Expressi & taciti quando idem sit judicium? D. 138. c. 2. th. 4. n. 5. D. 139. th. 5. n. 2.

EXPROMISSOR.

Expromissor non habet beneficium excussionis. D. 15. th. 24. Constituitur per verba expressa. n. 3. 4. Pro firmiter obligato intercedere potest. D. 82. th. 1. num. 4.

EXTENSIO.

ob Extensionem quando præsumitur enixa voluntas? D. 139. th. 6. n. 7.

EXTRAJUDICIALIS.

in Extrajudicialibus an utilis judicati actio etiam domino per litis procuratorem statim acquiratur? D. 53. th. 32.

F.

FACERE.

Facere nemo præsumitur, quod non voluerit. D. 17. th. 50. n. 6. Amplius est,

eſt, quam pronunciare. D. 139. th. 13. n. 8.
verbum Faciendum & non faciendum comprehendit. D. 57. p. 2. c. 4. th. 1. num. 5.
quicunque Facit illud, cujus faciendi nullam habet poteſtatem, nihil de jure facit. D. 121. c. 3. th. 7. n. 7. D. 131. th. 50. n. 4.
quod quis per alium Facit, per ſe feciſſe videtur. D. 130. th. 12. n. 1.
quicunque Facit aliquid, ille ea approbare videtur, ſine quibus illud, quod facit, ſubſiſtere nequit. D. 122. th. 18. num. 7.

FACTUM.

Factum cuique ſuum non adverſario nocere debet. D. 111. th. 39. n. 5. A majori parte ab omnibus factum videtur quomodo intelligendum? D. 131. th. 59. n. 4. Repeti vel infectum fieri nequit. D. 145. tit. 4. th. 3. n. 4. D. 157. §. 4. th. 13.
Facti actus potentior eſt, quam verbi. D. 11. th. 92. n. 2. D. 12. th. 14. n. 4. D. 17. th. 27. n. 5. D. 64. th. 71. n. 4. Interpretatio plerumque etiam prudentiſſimos fallit. D. 57. p. 2. c. 1. th. 6. n. 6. Alieni juſta eſt ignorantia. D. 93. p. 2. th. 8. n. 2. 3. Promiſſor non ad ipſum factum præciſe præſtandum cogitur, ſed tantum ad id, quod actoris intereſt, condemnatur. D. 113. th. 48. n. 3. Promiſſioni ſubjici poteſt pœna conventionalis. th. 48. & ſeqq. Obligatio poſt moram legali quaſi novatione transfunditur in obligationem ejus, quod intereſt. D. 107. th. 43. n. 7. D. 113. th. 62. n. 4. In obligationibus creditor etiam poſt moram electionem habet, an intereſſe, an vero pœnam promiſſam petere velit. D. 113. th. 63. Regulariter tamen non utrumque ſolum ſed alterum tantum peti poteſt. th. 64. Limitatur. n. 2. ſeqq. Ad factum nulla eſt compenſatio. D. 149. tit. 2. th. 5. n. 2.
Factum ſub pœna qui promiſit, a pœna non liberatur, licet ante moram intereſſe offerat. D. 113. th. 69. n. 3.
contra Factum proprium nemo venire poteſt. D. 7. th. 48. n. 2. D. 76. th. 37. 38. 40. n. 1.
de Facto ſ. de qualitate facti in omni quæſtione conſtare debet. D. 138. prooem. num. 1.
Facta ſub generali Rei vocabulo comprehenduntur. D. 113. th. 19. n. 1. Plus ponderis habent ad declarandam voluntatem, quam verba. D. 120. th. 11. n. 3. Quæ lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & ut generaliter dixerim contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt. D. 164. th. 54. n. 1.
Factis demonſtrare plus eſt quam verbis. D. 120. th. 11. n. 3.

FALCIDIA.

Falcidia locum habet in mortis cauſa donatione. D. 65. th. 44. n. 1. D. 74. th. 52. Secus de Jure Saxon. Elector. D. 65. th. 44. n. 2. 3. Non habet locum *in donatione* inter vivos. D. 73. th. 12. n. 4. In illa donatione mortis cauſa, quæ facta eſt, ut nullo caſu revocetur. D. 74. th. 34. n. 4.
Falcidiæ legis ratio, deducto omni, etiam heredis debito, demum initur. D. 56. th. 60. n. 4. Prohibitio tacita non ſufficit. D. 68. p. 3. th. 44. n. 1. Secus de Jure Würtemberg. n. 2. 3.
Falcidiam non deducit heres, legatis hoſpitalibus relictis. D. 72. th. 17. num. 5. Non conficiens inventarium. D. 91. th. 22. n. 2. & th. 23. n. 27. D. 126. c. 4. th. 1. n. 7. Secus eſt quoad Trebellianicam. D. 91. th. 23. n. 28. An heres a reliquis detrahere poſſit, ſi plures res uni

uni legatæ & heres quasdam integras persolvit? D. 116. th. 77.
in Falcidiam non imputantur, quæ hæres jure legati vel fideicommissi, vel implendæ conditionis causa capit. th. 76.

FALLITUS.

v. voc. Bancarota.

FALSUM.

Falsum non committit, nec tenetur, qui alieno annulo in testamenti subsignatione usus. D. 134. th. 28. n. 5.
Falsi crimen non committit testis verum quid deponens, quod falsum credidit. D. 141. th. 54. Sine animo evertendi & celandi veritatem non committitur. D. 107. th. 52. n. 6. Non committit, qui tædio viæ atque oneris vel alia ex causa literas sibi commissas in aquam abjicit vel arena obruit. n. 7. Pœna tamen extraordinaria stellionatus punitur. n. 8. Committit pro nobili, doctore vel milite se gerens. D. 141. th. 54.

FAMA.

Fama est summum patrimonium. D. 1. th. 7. n. 1. Ab hominibus saltem apparenter læditur. th. 28. n. 4. 5. Illorum non labefactatur, qui lictoribus in capiendis vel ducendis criminosis opem ferunt. D. 141. th. 13.
Famæ restitutio gratiosa a magistratibus merum imperium habentibus fieri non potest. D. 31. th. 15. Restituere possunt Electores, Principes & alii Imperii Status in suis territoriis, subditos suos, etiam ex gratia. ibid. s. expresse s. tacite. ibid. Tacite quomodo? ibid. Si quis restituatur, infamia tamen facti manet superstes. D. 159. c. 6. th. 27. n. 2.
Famam & existimationem hodie Judex, quamvis non ex gratia, ex justa tamen causa in sententia alias famosa reo reservare potest. D. 31. th. 17. Qui negligit crudelis dicitur. D. 1. th. 28. n. 2.

FAMILIÆ ERCISCUNDÆ JUDICIUM.

v. voc. Actio famil. ercisc.

FAMULUS.

Famulus habet moribus nostris singulare privilegium ratione mercedis ipsi debitæ. D. 64. th. 56. D. 65. th. 20. D. 66. th. 93. n. 2. D. 59. th. 5. n. 3. Qui ad distrahendas vel comparandas merces mittitur, institoris loco est, & agendo dominum obligat, sed quomodo? D. 116. th. 35.
Famulo suo dominus expensas in curationem vulneris, in servitio accepti, factas refundere non tenetur. D. 107. th. 64. n. 3. Secus est de æquitate. n. 4. seqq.
Famuli & ancillæ quæ in annum vel certum tempus operas suas pro certa mercede locarunt, ante tempus illud sine justa causa discedentes, dominis tenentur ad interesse, sed non mercedem præcedentis temporis amittunt. D. 42. th. 5. Nostri bona sua jure patrimonii possident. D. 109. th. 4. n. 2. In domo domini jure quasi retentionis tamdiu manere possunt, donec ipsis merces residua solvatur. D. 123. th. 21. n. 3. Adversa valetudine laborantes an integram mercedem vel sumptus curationis a domino petere possint? D. 156. §. 2. th. 43. num. 1.
Famulorum mala electio propriæ ejus culpæ adscribitur. D. 121. c. 5. th. 3. n. 6. Suorum ob culpam quatenus quis ad damnum ab illis datum, obligetur? D. 105. th. 58. n. 3.
a Famulis vel servis quæ comparata, illa non præsumuntur in rem domini versa. D. 64. th. 67. Secus de Jure Hamburgensi. n. 2. 3.

FATALE.

Fatalia currunt de momento in momentum. D. 138. c. 3. art. 2. th. 2. n. 2.

FAVOR.

in Favorem alicujus constitutum in ejus odium non est retorquendum. D. 77. p. 1. th. 48. n. 7.

FERIÆ.

Feriæ quid? D. 81. th. 4. Divinæ, mobiles & immobiles quæ? th. 5. 6. Humanæ necessariæ, ut rusticæ & urbanæ, & honorariæ quæ? th. 7. Rusticæ quando incipiant? n. 7. 8. An comprehendant tempus seminum spargendorum? n. 9. Ordinariæ & extraordinariæ quæ? th. 8. Integræ & semiferiæ? th. 9. Simpliciter tales & secundum quid? n. 2. 3. Publicæ & privatæ? th. 10. n. 5. 6. Non præsumuntur in dubio. th. 11. n. 4. 5. Cujusque loci in actibus judicialibus observandæ sunt. th. 12. Utriusque Calendarii in Camera Imp. observantur. n. 4. Quomodo ab aliis diebus distinguantur? th. 14.

Feriarum exceptio dilatoria est & in omni parte judicii opponi potest. th. 29. n. 4. Sacrarum transgressores puniuntur. th. 30.

Ferias solus constituit Imperator. D. 66. th. 48. n. 1. D. 81. th. 11. n. 1. Locales omnes Status Imperii. D. 28. th. 3. D. 66. th. 48. n. 2. D. 81. th. 11. n. 2. Non vero magistratus. n. 3. Qui allegat, probare illas tenetur. D. 138. c. 2. th. 3. n. 4.

Feriis rusticis nobiles, milites & literati gaudent. D. 28. th. 5. Licet ipsimet circa rem rusticam non sint occupati. ibid. In honorem Dei constitutis, actus judiciarius celebratus, est ipso jure nullus. D. 116. th. 105. Quid si partibus placuerit, ut celebretur? ibid. Humanis quomodo renuncietur? D. 81. th. 31. Si sit renunciatum, hoc testibus evocandis non præjudicat. th. 32. Nundinarum a partibus renunciari potest. th. 33. Repentinis & divinis renunciari non potest. th. 34. Divinis si testes fuerint, licet ex consensu partium, examinati, examinatio nulla est. n. 4.

in Feriis quadragesimalibus cognitiones & executiones in causis criminalibus prohibitæ sunt. D. 81. th. 9. n. 4. 5. Secus hodie. th. 10. n. 3. Causæ civiles ventilari possunt. th. 10. n. 1. Nuptiæ celebrari nequeunt. n. 4. Divinis omnes actus judiciales in causa publica & profana quiescere debent. th. 15. Ut & Arbitria. ibid. Causæ criminales. n. 4. Limitatur. th. 16. Captura reorum criminum est licita. th. 17. Etiam quandoque in causis civilibus. num. 3. Citatio decerni & insinuari potest. th. 18. An facta relatio nuncii valeat? n. 2. Appellatio facta valet. th. 19. Ab omnibus profanis operibus quiescendum est. n. 3. 5. Limitatur. n. 4. Cessant cunctarum artium officia. th. 20. Actus voluntariæ jurisdictionis, causæ cognitionem non requirentes expediri possunt. th. 21. Fiunt pacta & transactiones. th. 22. Agrorum & vinearum culturæ. n. 2. Supplicationes in Ducatu Wurtemberg. recipiuntur. th. 23. Sacris secundum quid, quæ sint prohibita? th. 24. Humanis regulariter nemo in judicium venire debet. th. 25. Licet dies respectu unius tantum sit feriatus. n. 2. Et alter tempore messis &c. non sit occupatus. n. 2. 3. Qui actus expediri possint? th. 26. D. 138. c. 2. th. 3. n. 2. Quæ negotia fiant in Camera Imperiali? D. 81. th. 24. De Jure Bavarico? n. 3. Actus prohibitus factus est ipso jure nullus. thes. 29. Contra legis prohibitionem judice procedente, sententia est ipso jure nulla. num. 7.

in Feriatum diem si incidat terminus comparitionis, sequenti juridica comparere quis tenetur. th. 29. n. 3.

Feriato die arbiter compromissarius sententiam

tentiam dicit, si dies adjectus extitura sit. D. 10. th. 36. n. 12. 13. Die an studiis operam dare liceat? D. 138. c. 2. th. 3. n. 3.

FERIPETA.

Feripetæ vel fericidæ contra Principum prohibitiones eorumque sylvas, venandi animo ingredientes an corporali pœna mulctandi? D. 166. th. 235.

FEUDUM.

Feudum in donationem propter nuptias dari potest. D. 75. th. 34. n. 3. Non venit sub hypotheca legali. D. 76. th. 31. n. 4. A vasallo in longum tempus locari potest. th. 33. n. 3. D. 156. §. 1. th. 21. n. 2. Novum ex crimine perduellionis aperitur domino. D. 85. c. 3. th. 3. n. 1. 2. Idem est in paterno, crimine contra ipsum dominum commisso. n. 3. Antiquum crimine perduellionis contra ipsum dominum non admisso, defertur agnatis. n. 4. Accipiens pro se & fratribus absentibus, an his non consentientibus aliquid acquirat? D. 87. p. 2. m. 2. th. 1. n. 7. A patre alienatum revocandi potestas an filiis competat? D. 116. th. 117. Permissu domini a vasallo cuidam donatum, propter susceptos liberos potest revocari. th. 120. Censuale s. pensionarium an amittatur, si debito tempore vasallus censum non solvat? th. 122. Si alicui ejusque filiis & filiabus concessum an hoc intelligendum etiam de descendentibus ex fœminis? th. 124. Dare non potest procurator universalis. D. 118. th. 119. Extra commercium non recte dicitur. th. 120. Dari & accipi per nuncium potest. D. 107. th. 29. n. 7. Amittit vasallus, qui dolo malo & in contumeliam domini nuncium domini feudi lædit. th. 63. n. 3. Filiofamilias concessum pertinet ad peculium adventit. irregulare. D. 109. th. 17. D. 110. th. 12. n. 7. D. 148. tit. 1. §. 4. th. 8. n. 7. Filiusfamil. de peculio castrensi constituere potest. D. 110. th. 7. n. 4. Filiofam. concessum cui peculio cedat? D. 140. th. 25. Hereditarium per omnia fere instar rei allodialis sese habet. D. 126. c. 4. th. 2. n. 4. Et heres in illud jure communi hereditario succedit, & omnia etiam vasalli onera ac debita, *Erb-Schulden*, non tantum ex fructibus, sed ipsa substantia feudi, h. e. per distractionem ejus, si opus est, solvere tenetur. ibid. Ante separationem petitam ab herede bona fide in bonis hereditariis constitutum, per subsecutam separationem non rescinditur aut revocatur. D. 127. th. 4. Si quis pro se & suis liberis, ac fratri suo acceperit, sub expresso pacto, quod, si sine liberis decederet, frater ejus feudum accipere deberet, sed fratre ante primum acquirentem mortuo, liberi ejus masculi patruo in feudo non succedunt, sed feudum domino aperitur. D. 87. p. 1. th. 10. n. 12. Si pro se & heredibus & quibus ipse dederit, a domino vasallo concessum, alienatio a domino permissa est, sed quomodo? D. 128. c. 4. th. 2. n. 5. Hereditarium censetur pars hereditatis. D. 136. th. 12. n. 4. 7. Si novum & debita sunt hereditaria, transeunt actiones adversus successores, & æs defuncti vasalli alienum in ipsos. th. 13. num. 5. 6. Si antiquum & successores feudi sint heredes in allodialibus, adversus ipsos transeunt actiones. n. 7. Ab agnato alienatum revocandi in jure annus unus servatur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 2. n. 2. Quando aperiatur domino? D. 128. c. 4. th. 17. n. 4. Conjugibus masculo scil. & fœminæ datum pro parte fœmineum est. th. 31. n. 7. Tanquam de rebus possessis competentes actiones triginta annis præscribuntur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 6. num. 1. Ligium exspirat, quam-

quamprimum dominus alii fidelitatem præstiterit. D. 164. th. 45. Constituitur in re immobili. th. 99. n. 1. Est perpetuum. n. 2. 3. A domino alienari invitis vasallis non potest. n. 3.

Feudi forma consistit in mutua & reciproca fidelitate. D. 56. th. 38. n. 4. Lege territoria conceduntur, sed non sola. D. 159. c. 4. th. 7. n. 3. Sui proprietate an dominus propter alienationem privetur? D. 164. th. 91. Constitutio est species alienationis. D. 110. th. 13. n. 4. Successor locationi ab antecessore contractæ stare non tenetur. D. 156. §. 1. th. 64. n. 5. In investitura si hæc verba posita reperiuntur, *Euch und euren Geschvvistern*, sorores non continentur, sed feudum tantum fratribus concessum censetur. D. 87. p. 1. th. 13. n. 12. Hereditarii successor ad æs alienum defuncti tenetur & adversus ipsum actiones transeunt. D. 136. th. 12. n. 1. seqq. s. filius, s. agnatus in hoc feudum succedat. n. 6. Licet agnatus bona vasalli allodialia repudiare & feudum tantum retinere velit. n. 6. 7. Successor filius, qui regulariter quoque heres, regulariter etiam patris æs alienum agnoscere & exsolvere tenetur. th. 13. n. 9. Pretium durante matrimonio si fuerit auctum vel diminutum, num respiciendum ad tempus acquisitionis vel divisionis? D. 128. c. 4. th. 31. n. 5. Adversus successores an & quatenus actiones dentur? D. 136. th. 12. 13.

ob Feudum competit L. f. C. de Ed. D. Hadr. toll. D. 159. c. 9. th. 24. n. 4.

in Feudum dari possunt molendina in aquis natantia ad certum locum destinata. D. 118. th. 118.

per Feudum investituram facere nequit, quicunque qualibet ratione aliquid de suis rebus alienare impeditur. D. 110. th. 13. n. 4.

Feudo an privetur vasallus, literas hostibus domini mittens? D. 78. th. 12. n. 4. Ex consensu domini ad certum tempus oppignorato, tempore vero elapso, & prorogatione non impetrata, jus pignoris extinguitur, præsertim si adjecta clausula annullatoria. D. 116. th. 125. Retento filius hereditatem patris repudiare nequit. D. 118. th. 121. Privari potest & mittens & missus nuncius a domino feudi, ad cujus hostes nuncii missio facta est. D. 107. th. 22. n. 3.

de Feudo simultanee investitus non liberatur a cautione judicii sisti. Disp. 27. th. 14.

in Feudo filii patri succedentes, deficientibus bonis allodialibus sorores suas ex feudo dotare tenentur. D. 87. p. 2. m. 1. th. 9. n. 2. Conceditur recte expectativa, cujus possessor vasallus habet liberos. D. 116. th. 115. An semel exclusa per masculum femina semper exclusa maneat? th. 116. Fœminæ non succedunt, si quis pro se & heredibus suis, s. omnibus suis heredibus sit investitus. th. 119. Hereditario successio fit secundum modum succedendi civilem. D. 136. th. 12. n. 4. Ex pacto & providentia successio non fit secundum modum succedendi civilem, sed feudalem ex pacto primi acquirentis & providentia juris feudalis, jure sanguinis a primo acquirente descendentis. th. 13. n. 1.

Ex pacto & providentia regulariter non transeunt actiones adversus successores. th. 13. n. 1. Nisi ex generali consuetudine sint debita feudalia. n. 2. 3. q. c. nihil refert, s. filius s. agnatus successerit, s. in allodialia quoque, s. non. ibid.

An possit apprehendi adjectus ratione servitiorum? D. 161. th. 6. Servitiorum præstatio in alium potest transferri. ibid.

Feuda in petitionem hereditatis veniunt. D. 159. c. 9. th. 28. Majora regalis dignitatis

gnitatis non recipiunt divisionem jurisdictionis per territoria, & dissentiente Imperatore non licita est. c. 10. th. 8. n. 1. 2. Quid de consuetudinario Imperii jure. n. 3. 4. Imperii immediata omnia regalia, jura & emolumenta continent. c. 3. th. 3. n. 10. Unde originem ducunt? D. 118. th. 115. Non intelligenda sunt, bonorum appellatione sine additamento posita. D. 128. c. 4. th. 2. n. 2. Simul comprehendisse non credendum, cum statuta in genere disponunt & bona designant. n. 3. Limitatur. ibid. Inter aliaque bona si diversitas intercedit dispositione generali comprehensa censeri non debent. ibid. Quæ tempore societatis conjugalis constituta, non veniunt in societatem omnium bonorum communicanda? ibid. th. 2. Nec eorum æstimatio. n. 6. 7. Licet de feudis communicandis antea expresse actum fuerit. n. 8. q. c. tamen competit actio ad interesse. n. 9. Aut licet illa constante matrimonio ab alterutro conjugum acquisita. th. 3. q. c. tamen pretium eorum est commune. n. 2. Limitatur quoad fructus inde provenientes. th. 2. n. 7. Quæ durante matrimonio domino aperiuntur, non ad quæstus pertinent. ibid. c. 4. th. 17. Licet hoc fiat ob culpam & delictum vasalli. n. 4. seqq. Limit. n. 8. Præprimis si sint subfeuda. n. 9. Vel licet illis alluvione vel alio modo quid accesserit. n. 10. Limitatur. n. 8. Durante matrimonio quæsita communia non sunt. D. 128. c. 4. th. 31. n. 1. & s. ab uxore, s. a marito quæsita. n. 3. Licet illa feuda in eo loco sint alienabilia. n. 4. Secus quoad æstimationem feudorum, si illa durante matrimonio empta. num. 5. Aut si ea utriusque conjugis nomine fuerint quæsita, eorumque investitura utrique concessa. num. 6. Guardiæ, Castaldiæ & Advocatiæ anno revocari possunt. D. 138. c. 3. art. 7. th. 2. n. 2.

Feudorum ea est natura, ut eorum alienatio, qua dominium vel aliud jus in re in alium extraneum transfertur, vasallo sine consensu domini, exceptis casibus jure probatis, prorsus sit adempta. D. 128. c. 4. th. 2. n. 4.

de Feudis Regalibus solus Imperator, Camera exclusa, cognitionem sibi reservavit. D. 166. th. 294.

in Feudis francis & hereditariis, non extantibus masculis ex sanguine provenientibus, fœminæ ad territorium admittuntur. D. 159. c. 4. th. 19. num. 4. Fratrum appellatione veniunt tantum germani & consanguinei. D. 87. p. 1. th. 15. n. 13. Quomodo succedatur? v. voc. Successio feudalis.

FEUDALIS.

Feudalis successor, si non etiam heres est allodialium, creditoribus hereditariis feudi nomine non tenetur. D. 126. c. 4. th. 2. n. 5.

Feudale prædium proprie vocatur *Lehn-Guth*. D. 136. th. 12. n. 1.

Feudali re in allodialem conversa, libere tunc de illa disponitur. D. 56. th. 38. n. 6. 7. Jure, non proprio, territorium competens neglecto domini consensu alienari nequit. D. 159. c. 9. th. 6. n. 3. Prædio si juncta fuerint bona, de quibus controversia, nihilominus allodialia præsumenda. Disp. 116. th. 121. Jure quando dicatur controversia decisa? D. 140. th. 25. n. 2. In contractu an locum habeat querela enormis læsionis? D. 154. tit. 5. §. 1. th. 52. n. 5.

Feudalia bona difficilius gravantur quam allodialia. D. 123. th. 28. n. 11. Debita quæ? D. 136. th. 13. n. 2. An & quatenus transeant ad successores? th. 12. 13. Bona an & quatenus possint permutari? D. 157.

D. 157. ʃ. 3. th. 15. n. 2. Non comprehenduntur ſub hypotheca generali omnium bonorum. D. 158. tit. 1. th. 19. n. 2.

Feudalium bonorum reſpectu an & quatenus detur ſeparatio bonorum? D. 126. c. 4. th. 2. n. 3. ſeqq. Bonorum fructus conjugibus ſunt communes. D. 128. c. 4. th. 13. n. 2.

FICTIO.

Fictio juris in exorbitantibus ſemper eſt reſtringenda nunquam extendenda. D. 13. th. 14. n. 5.

Fictionis brevis manus exempla. Diſp. 76. th. 19.

Fictioni interdum plus tribuitur, quam veritati. D. 13. th. 32. n. 7.

Fictiones duæ circa unam eandemque rem concurrere nequeunt. D. 75. th. 60. n. 6. Hominum ſunt in vitio. D. 95. th. 23. n. 3. Fictionibus ſine legum authoritate cumulare, res eſt periculoſiſſima. D. 98. th. 31. n. 2.

Fideicommiſſaria bona quando in ſubſidium pro dote conſtituenda alienari poſſint? D. 87. p. 2. m. 1. th. 6. n. 30.

FIDEICOMMISSUM.

Fideicommiſſum nullum eſt, ſi maritus fidei uxoris commiſiſſet, donationem propter nuptias in pactis dotalibus ipſi conceſſam, heredibus ſuis reſtituere. D. 75. th. 61. n. 4. Relinqui poteſt accedentibus teſtibus per epiſtolam ad furioſum &c. directam. D. 78. th. 11. num. 4. 5. Univerſale & codicillis & epiſtola relinqui poteſt. D. 79. c. 2. n. 14. Non agnitum ad heredes tamen transmittitur. D. 88. th. 21. n. 3. Si defunctus herede abſente, reliquit remedium l. fin. C. de fideicom. locum non habet. D. 95. th. 87. n. 3. 4. Si filiis aut liberis alienis relictum, per legitimos excluduntur naturales. D. 70. c. 5. th. 9. Limitatur. n. 3. Ante tabularum inſpectionem vel cognitionem in illis relictum pacto gratuito partes remittere poſſunt. D. 30. th. 8. Et legatum an per nuncium relinqui poſſit? D. 107. th. 32. n. 5. An ſubſiſtat teſtamento ipſo deſtituto? D. 132. th. 13. ſeqq. Si ſimpliciter & generaliter relictum per verba, volo reſtitui, nulla mentione heredis fiduciarii facta, a quocunque herede, etiam deſtituto teſtamento, ab inteſtato veniente, debet fieri reſtitutio. th. 15. n. 5. 6. Quid ſi cum jurisjurandi obteſtatione præſtari rogavit? th. 16. n. 2. Aut in defectum inſtitutorum relictum? n. 5. Nutu relinquitur. D. 139. th. 13. Civitati vel Reip. relictum ſi debeatur, compenſatio non admittitur. D. 149. tit. 2. th. 3. n. 10.

Fideicommiſſi petitio apud proprium judicem fiduciarii inſtituitur. D. 126. c. 2. th. 6. n. 9. Univerſalis perſecutio extraordinaria vendi & cedi poteſt. D. 153. ʃ. 2. th. 15.

Fideicommiſſo ſubjecta bona non comprehendit generalis hypotheca omnium bonorum. D. 158. tit. 1. th. 19. n. 4. Subjectæ rei alienatio, ob æs alienum heredis facta, tamdiu valet, quamdiu vivit heres. D. 15. th. 40. n. 6. 7. Simpliciter ſubjectæ res alienari nequeunt. D. 75. th. 36. Bene vero quandoque a liberis ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias. n. 2. An ab extraneo ex cauſa dotis vel donationis propter nuptias alienari poſſint? th. 37. Quando gravati ſunt deſcendentes, conditio ſi ſine liberis ſubintelligitur. D. 70. c. 5. th. 6. n. 4. Secus ſi aſcendentes. n. 4. Vel fratres. D. 87. p. 2. m. 2. th. 32. Quid ſi liberi naturales? D. 70. c. 5. th. 9. n. 3. Relicto filiis aut liberis propriis, ſi legitimi extent, hi naturales præcedunt, qui poſt legitimos demum admit-

admittuntur. th. 8. n. 4. Subjectas res ne in dotem dent, an testator liberis prohibere possit, si hi ad ejusdem constitutionem aliunde non habeant bona? D. 75. th. 38. Ex subjectis bonis in subsidium sororem suam dotare potest. D. 87. p. 2. m. 2. thes. 6. n. 27. Limitatur. n. 28. 29.

in Fideicommisso paterno germani non excludunt consanguineos. p. 2. m. 2. th. 29. Secus est in fideicommisso fraterno. th. 30. Non gravato, sed testatori succeditur. n. 4. Fraterno, si omnes fratres a testatore vocati sunt, etiam consanguinei vocati censentur. th. 30. n. 6. Ut &, si unus esset germanus, & testator plurali numero usus esset. n. 7. Testatore plures fratres relinquente, & singulari numero utente omnes germani vocati censentur. n. 8. 9. Fratres utrinque testatori conjuncti exclusis consanguineis vel uterinis admittuntur. D. 70. c. 5. th. 7. n. 6. Familiæ germanus consanguineo præfertur. D. 87. p. 2. m. 1. th. 30. n. 10. Qui præcedant? th. 40. n. 6. Non succedunt fratres adoptati. th. 52. n. 14. Fratribus relicto, appellatione fratrum sorores quoque veniunt. th. 31. Secus est in fideicommisso familiæ. n. 2. Non æstimatur propinquitas respectu sanguinis, sed successionis. D. 70. c. 5. th. 6. num. 3.

FIDEJUSSIO.

Fidejussio minoris propter beneficium restitutionis fragilis est. D. 14. th. 16. n. 5. Inutilis non valet tanquam constitutum. D. 83. th. 7. n. 4. 5. D. 146. tit. 5. §. 1. th. 2. n. 3. Nec hîc promissor naturaliter obligatur. D. 83. th. 7. n. 6. Rite facta creditur, si hoc instrumento probetur. th. 8. n. 1. Hodie inter absentes & præsentes consensu quocunque modo declarato fieri potest. D. 15. th. 23. D. 78. th. 28. n. 3. D. 83. th. 9. Hodie fit facto, si creditori stipulanti manum quis porrigeret, & sic sine verbis, manu stipulata, consentiret. D. 83. th. 10. Subscriptione chirographi, in quo debitor scripsit, se illum fidejussorem dare. th. 11. Tollitur solutione debiti. D. 82. th. 30. n. 2. Novatione & præscriptione 30. annorum. n. 3. 4. Si est de reo sistendo, mortuo eo intra terminum. n. 5. Non tollitur restitutione in integrum. n. 6. Limitatur. n. 7. Prorogato termino solutionis a creditore. n. 8. Etiam obligationi civili tantum accedere potest. D. 106. concl. 47. Stipulatio, & novatio per nuncium fieri nequeunt. D. 107. th. 31. n. 4. Secus moribus nostris, quibus fidejussio & novatio pacto facta est efficax. n. 5.

Fidejussionis instrumento fidejussori reddito, fidejussio videtur remissa. D. 20. th. 36. n. 54. & th. 59. n. 4. Forma an consistat in intercessione? D. 82. th. 17. n. 3.

Fidejussioni contractæ tempus nocturnum non magis nocet, quam protestationi. D. 138. c. 3. art. 3. th. 1. n. 7.

ex Fidejussione, a marito, constante matrimonio, facta, num uxor pro parte teneatur, tanquam pro debito sociali? D. 128. c. 5. th. 10. n. 3. Inutili non datur actio constitutæ pecuniæ. D. 19. th. 85.

Fidejubendo pro subdito Würtembergico talis subditus Judæo sese obligare nequit. D. 83. th. 24. n. 11.

FIDEJUSSOR.

Fidejussor quid? D. 82. th. 2. D. 83. th. 1. n. 2. Judicialis quis? D. 82. th. 3. Extrajudicialis quis? n. 3. Voluntarius & necessarius quis? n. 4. 5. 6. Necessarius est, qui a petente rescriptum moratorio-

ratorium conſtituitur. n. 6. Idoneus, ſi medio tempore facultatibus labatur, an in illius locum alius ſubſtituendus? n. 7. Principalis quis? th. 4. n. 3. Succedaneus quis? D. 15. th. 13. n. 3. Simplex? D. 82. th. 4. n. 4. 5. D. 15. th. 12. n. 3. Denotatur vocabulo fidejuſſoris ſimpliciter poſito. D. 15. th. 12. n. 4. & th. 16. n. 2. Indemnitatis? D. 82. th. 4. n. 6. D. 15. th. 14. Quomodo a ſuccedaneo differat? D. 15. th. 13. n. 2. D. 82. th. 4. n. 7. An ſit proprie fidejuſſor? D. 15. th. 14. n. 2. Conſtituitur ſtipulatione vera, hodie nudo pacto. D. 82. th. 5. Non poteſt eſſe miles ſive cœleſtis, ſive armatæ militiæ. D. 82. th. 6. n. 3. & th. 7. Pupillus infantia major ſine authoritate tutoris. th. 8. Si cum minore fidejubeat, hujus perſona ſubtrahitur, & ille pro virili tantum tenetur. th. 8. n. 4. Si cum muliere fidejubeat, in totum tenetur. n. 5. Qui & quibus conſtitui nequeat? th. 9. D. 83. th. 24. Accedit obligationi, ſive ſit mixta, ſive naturalis, ſive civilis tantum. D. 82. th. 10. & ſeqq. D. 83. th. 30. Non datur uxori ratione dotis repetendæ. D. 82. th. 10. n. 3. D. 83. th. 24. n. 10. Ultro & ſponte a marito pro dote uxori datus an teneatur? D. 82. th. 10. n. 4. Literarum obligationi firmiter intervenit. th. 12. n. 2. Ut & judicato. n. 3. Accedit obligationi, quæ venit ex delicto, modo agatur ad pœnam pecuniariam. th. 13. Si acceſſerit obligationi venienti ex delicto ad quid obligetur? n. 4. 5. 6. In plus, quam eſt in obligatione principali obligari nequit. th. 14. Si in majorem ſummam ſe obligavit, an prorſus non obligetur, an vero in concurrentem ſummam? n. 2. ſeqq. Indiſtincte hodie ſe obligare poteſt. th. 15. Liberatur, obligatione principali ſublata. n. 2. Arctius ſe, quam principalis obligare poteſt. n. 3. Non poteſt ſe obligare ſub pacto obſtagii. n. 4. Ad intereſſe & uſuras, ſi ad has principales tenetur, ſe obligare poteſt. th. 16. In omnem cauſam acceptus etiam de iis quæ ex poſtfacto acceſſerunt, tenetur. n. 2. Si ſeſe ſimpliciter obligavit, tenetur ad omne, quod ex natura negotii venit, & quod tempore fidejuſſionis eſt in obligatione. n. 3. 4. Adhuc tenetur re interempta propter moram principalis. n. 5. Ut in omnem cauſam ſe obliget, creditores curare debent. n. 6. Datur principali creditori, non vero ſolutionis gratia adjecto. th. 17. D. 83. th. 24. Æque obligatur ac principalis. D. 82. th. 18. Si eſt conſtitutus, creditor eligit, utrum eum, an principalem convenire velit. th. 18. n. 3. & th. 20. n. 4. A creditore conveniri poteſt, licet is præter eum pignora acceperit. th. 18. n. 4. Si ſucceſſerit debitori, vel debitor fidejuſſori, principalis tantum obligatio manet. th. 19. n. 7. Succedens debitori, ſi huic competiit reſtitutio in integrum, ea etiam uti poteſt. D. 56. th. 53. n. 4. Limitatur. n. 5. Ex fidejuſſoria cauſa non tenetur, pignus tamen ab eo datum per confuſionem non liberatur. ibid. th. 54. Succedens creditori, debitor principalis tunc manet obligatus. th. 51. n. 4. Si jam ſolvit creditori, contra debitorem competit actio mandati. ibid. Si non ſolvit, agit contra debitorem nomine hereditario. n. 5. Succedens fidejuſſori, utraque obligatio durat. th. 50. n. 3. Si judicatum ſolvi ſtipulatori heres extiterit, ex integro cavendum eſt. th. 51. n. 6. Habet beneficium Ordinis. v. voc. Excuſſionis beneficium. Beneficium Diviſionis. v. voc. Diviſionis beneficium. Beneficium cedendarum Actionum. v. voc. Cedendarum Actionum Beneficium. Petere poteſt, ut abſenti

Hypotheca tacita eſt, quam lex ſecundum veriſimilem domini voluntatem producit, quam nemo ſine ſpeciali legis diſpoſitione ſibi vindicare poteſt. D. 125. c. 4. th. 9. n. 5. D. 124. th. 40. n. 3. Ceſſat ſine legis diſpoſitione. D. 112. th. 8. n. 1. 2. th. 27. num. 2. th. 34. num. 4. D. 146. tit. 1. th. 9. num. 4. D. 158. tit. 2. th. 3. num. 1. Valide per ſtatuta & jura provincialia aut municipalia poteſt induci. D. 112. th. 8. n. 3. D. 158. tit. 2. th. 3. num. 2. Cur introducta? th. 43. n. 5. Conſtituitur in omnibus rebus. D. 112. th. 42. n. 1. Corporalibus & incorporalibus. ibid. Præſentibus & futuris. num. 2. Mobilibus & immobilibus. ibid. Etiam quandoque in rebus alienis in patrimonio debitoris non exiſtentibus. n. 3. In bonis emphyteuticis. num. 4. An in bonis fideicommiſſariis? num. 7. Differt a pignore prætorio & judiciali. th. 43. num. 2. A teſtamentario & conventionali. n. 3. 4. Quid & quotuplex? D. 158. tit. 2. th. 1. & 2. Eſſe ſuum accipit a lege. th. 3. n. 1. 2. Nulla ſine lege dari poteſt nec ob identitatem rationis. ibid. Competit I. Fiſco 1. ratione adminiſtrationis primipilaris. D. 158. tit. 2. th. 5. n. 1. In omnibus primipili bonis, & in ſubſidium in ejus uxoris dotalibus, non vero paraphernalibus. n. 2. Eſt privilegiaria. num. 2. In quibus hæc hodie locum habeat? n. 34. 2. Ratione tributorum tam ordinariorum, quam extraordinariorum, in omnibus civium & ſubditorum bonis. th. 7. n. 1. D. 122. th. 10. n. 3. 4. Eſt privilegiaria. Diſp. 112. th. 10. D. 158. tit. 2. th. 7. num. 2. Ab eo tempore, a quo impoſita. D. 112. th. 10. num. 5. 3. Ratione debitorum ex contractibus. Diſp. 59. theſ. 21. n. 91. D. 112. th. 33. num. 2. D. 101. th. 34. D. 158. tit. 2. th. 8. num. 1. Ex quo tempore & in quibus bonis? D. 101. theſ. 34. D. 112. th. 33. num. 4. D. 158. tit. 2. th. 8. num. 1. Eſt privilegiaria. D. 59. th. 21. num. 9. D. 112. th. 33. num. 4. D. 158. tit. 2. th. 8. n. 2. 4. Ratione mulctarum in Ducatu Wirtembergico. D. 158. tit. 2. th. 9. num. 2. Quinam hodie hoc fiſci jure gaudeant? D. 112. th. 10. 11. theſ. *33.* num. 5. 6. 7. 8. D. 158. tit. 2. *th. 10.* num. 1. An nobiles immediati? n. 2. An Civitates municipales & aliæ univerſitates? th. 11. n. 1. 2. 3. An ceſſionarius? D. 112. th. 20. n. 7. D. 158. tit. 2. th. 11. num. 4. II. Hoſpitalibus & aliis ærariis pauperum, in bonis adminiſtratorum ſuorum quoad reſidua ex illorum rationibus debita, de Jure Wirtembergico. D. 66. th. 94. num. 2. D. 71. th. 22. num. 4. D. 158. tit. 2. th. 6. De Jure Saxonico non tantum in bonis adminiſtratorum ſuorum, ſed & omnium debitorum. D. 71. th. 22. D. 59. th. 38. num. 2. 3. Quid in praxi? D. 66. theſ. 94. num. 1. D. 71. th. 22.

Eſt

Eſt privilegiaria. D. 158. tit. 2. th. 6. III. Eccleſiæ, Scholæ &c. ſi illis aliquid debetur de Jure Saxonico, D. 59. theſ. 38. n. 2. 3. IV. Civitatibus, Monaſteriis, Hoſpitalibus, Stipendiis, Pagis, Vicis &c. in Ducatu Wirtembergico quoad ea, quæ illis debentur *von gemeinen Nutzens vvegen.* D. 158. tit. 2. th. 11. num. 3. D. 112. th. 11. n. 3. D. 59. th. 22. num. 4. Eſt privilegiaria. D. 59. th. 22. num. 4. V. Civitatibus municipalibus in Ducatu Wirtemberg. quoad collectas & tributa. D. 112. th. 33. num. 7. VI. Civitatibus in bonis adminiſtratorum ſuorum. D. 59. th. 21. num. 15. D. 158. tit. 2. th. 69. ſeqq. In praxi ſcil. ibid. Simplex eſt & incipit a tempore ſuſcepti officii. D. 158. tit. 2. th. 70. VII. Civitatibus Imperialibus in bonis debitorum ſuorum. D. 59. theſ. 22. num. 2. VIII. Marito ratione dotis ipſi promisſæ in bonis illius, qui dotem promiſit. D. 123. th. 15. D. 112. th. 12. num. 1. D. 158. tit. 2. th. 12. num. 1. Sive a patre, ſive ab uxore, ſive ab alio extraneo promiſſa. ibid. An & in caſu dotis traditæ evictæ? D. 112. th. 12. num. 2. ſeqq. D. 158. tit. 2. theſ. 12. n. 2. Eſt tantum ſimplex, nullo prælationis privilegio munita. D. 158. tit. 2. th. 12. n. 4. Incipit ex die ſecuti matrimonii. n. 5. IX. Uxori 1. pro dote data repetenda ſive reſtituenda in bonis mariti vel illius, qui dotem ſuſcepit. D. 59. theſ. 30. num. 3. D. 112. th. 13. & 19. th. 23. num. 5. D. 158. tit. 2. theſ. 13. num. 1. Ex tempore, quo, dote promiſſa, matrimonium contractum, licet poſtea demum data. D. 158. tit. 2. th. 13. num. 1. Eſt privilegiaria, & omnibus reliquis ſimplicem etiam anteriorem hypothecam habentibus præfertur. D. 59. th. 30. num. 3. D. 112. th. 13. 19. D. 158. tit. 2. th. 14. num. 1. 2. Etiam expreſſis anterioribus ſimplicibus. D. 64. th. 57. D. 65. th. 22. D. 66. th. 96. D. 112. th. 19. D. 158. tit. 2. th. 14. num. 3. Quid de Jure Saxon. & Wirtemberg. & Hamburgenſ. ibid. Quid ſi hæc dotis privilegiaria cum aliis privilegiariis concurrat? D. 158. tit. 2. theſ. 14. num. 4. An h. privilegiaria competat uxoris liberis, vel aliis heredibus? D. 110. theſ. 12. num. 4. D. 120. th. 33. num. 3. D. 95. th. 45. num. 2. D. 112. th. 19. D. 158. tit. 2. th. 15. num. 1. 2. D. 140. th. 41. n. 3. An ceſſionario? D. 120. th. 33. D. 95. th. 45. D. 112. th. 20. D. 153. §. 2. th. 49. num. 2. & th. 53. D. 158. tit. 2. th. 15. num. 3. An procuratori? D. 158. tit. 2. th. 15. num. 4. An tranſeat ſimplex dotis hypotheca in ſucceſſores? D. 112. th. 17. 18. 19. D. 158. tit. 2. th. 16. Datur uxori eatenus, quatenus dos per numerationem & rei traditionem eſt conſtituta. Diſp. 112. th. 21. Unde dotis datio ab uxore ejusque liberis probanda. n. 4. D. 158. tit. 2. th. 21. An & quatenus ad hujus probationem ſufficiat confeſſio mariti? D. 112. th. 21. num. 4. 5. D. 158. tit. 2. th. 22. Sufficit probatio numerationem dotis marito eſſe factam, etiamſi verſio in utilitatem mariti non oſtendatur. D. 158. tit. 2. theſ. 22. num. 4. Competit in bonis mariti, qui dotem ſuſcepit, omnibus. D. 158. tit. 2. th. 24. num. 1. Licet ſit minor. num. 2. Aut expreſſe proteſtatus ſit, ſe nolle bona ſua pro dote eſſe obligata. num. 3. Aut pactum ſit in contrarium, quod non valet. ibid. Competit etiam in bonis ſoceri, ad dotem reſtituendam obligati. num. 5. Expreſſa an hanc tacitam impediat? num. 4. 2. Pro dotis augmento. D. 112. th. 23. num. 1. D. 158. tit. 2. th. 23. num. 1. Modo fraus abſit & nihil in fraudem creditorum a-

ctum. D. 112. th. 23. num. 3. D. 158. tit. 23. num. 3. Ex tempore augmenti non dotis primitus constitutæ. Disp. 158. tit. 2. th. 23. num. 2. Est privilegiaria. ibid. 3. Pro dotis fructibus post solutum matrimonium perceptis. D. 112. th. 23. num. 1. D. 158. tit. 2. th. 23. num. 4. Privilegiaria est. ibid. 4. Pro usuris ex dote debitis. D. 158. tit. 2. th. 23. num. 5. Privilegiaria est. ibid. 5. De Jure Saxonico pro dotalitio & muneribus nuptialibus pro parte uxori debitis. Disp. 112. th. 24. num. 4. D. 158. tit. 2. thes. 23. num. 7. 8, 6. Ratione bonorum illatorum præter dotem, paraphernalium, scilicet, in bonis mariti. D. 64. th. 57. D. 112. th. 24. num. 1. D. 158. tit. 2. th. 25. Secus de Jure Hamburgensi. D. 64. th. 57. num. 2. Etiamsi sit ætate minor. D. 158. tit. 2. thes. 25. Ex tempore illationis. D. 112. th. 24. n. 1. D. 158. tit. 2. th. 25. Est simplex, & nullo prælationis privilegio munita. D. 112. th. 24. num. 2. D. 158. tit. 2. th. 26. 7. Pro donatione propter nuptias. D. 112. th. 24. num. 2. D. 158. tit. 2. th. 28. Utrum simplex, an privilegiaria? D. 112. th. 24. num. 2. D. 158. tit. 2. th. 29. Ex quo tempore incipiat? ibid. Quid in foro Saxonico? D. 112. thes. 24. num. 6. D. 158. tit. 2. th. 30. 8. Pro pretio ex licita rei dotalis alienatione redacto. D. 112. th. 23. num. 2. Et tale pretium etiam uxori tacite est oppignoratum. num. 3. 4. 5. X. Pupillis & Minoribus 1. pro administratione. D. 59. th. 33. num. 4. th. 55. num. 6. D. 112. th. 35. num. 1. D. 158. tit. 2. thes. 32. An jure ff. hæc concessa? D. 158. tit. 2. th. 32. num. 3. An competat etiam eorum heredibus? D. 112. th. 36. n. 2. D. 158. tit. 2. th. 33. num. 2. An cessionario? D. 158. tit. 2. th. 33. num. 3. In bonis tutorum & curatorum. D. 59. th. 33. num. 4. th. 55. num. 6. D. 112. th. 35. num. 1. Disp. 158. tit. 2. th. 34. Dativorum, legitimorum & testamentariorum. D. 158. tit. 2. th. 34. num. 3. Sive ipsi administrent, sive non. ibid. In bonis etiam matris & aviæ, quæ tutelam & curam susceperunt. th. 34. n. 1. Etiam in bonis vitrici, cui mater vel avia tutrix, rationibus nondum redditis, & reliquis nondum solutis, alioque tutore non petito, nupsit. D. 112. th. 38. num. 1. th. 42. num. 3. D. 158. tit. 2. th. 34. num. 2. In bonis tutorum & curatorum omnibus, etiam futuris & post administrationem quæsitis. D. 158. tit. 2. th. 35. An in bonis feudalibus? ibid. Non vero in bonis heredum propriis. th. 34. num. 4. Pro debitis quæ ex mala & neglecta illorum administratione veniunt. th. 36. Simplex est & ex tempore collocanda. th. 37. Ex tempore quo tutores & curatores esse cœperunt. D. 112. th. 36. num. 1. Disp. 158. tit. 2. th. 37. num. 3. An in bonis protutorum & procuratorum? D. 112. th. 35. num. 2. seqq. D. 158. tit. 2. th. 38. D. 59. th. 33. num. 5. 2. In re, sua pecunia, a tertio, suo *nomine* comparata. D. 101. th. 33. D. *112. th.* 38. num. 2. D. 158. tit. 2. th. 41. Est privilegiaria. D. 158. tit. 2. th. 41. & th. 42. num. 1. XI. Omnibus in Ducatu Wirtembergico, quorum pecunia aliis non credita, res est comparata. D. 67. th. 10. D. 158. tit. 2. thes. 43. num. 3. Secus de Jure Civili. D. 67. th. 10. num. 1. XII. Furiosis, prodigis, cœcis, mutis & surdis in bonis suorum curatorum de Jure Wirtembergico. D. 158. tit. 2. th. 44. n. 3. XIII. Liberis in patris bonis ratione maternæ dotis. D. 110. th. 12. num. 4. D. 120. th. 33. num. 3. D. 112. th. 19. D. 140. th. 41. num. 3. D. 158. tit. 2. th. 15.

th. 15. num. 1.2. 2. Pro rebus maternis & materni generis. D. 67. th. 8. D. 110. th. 12. num. 4. D. 112. th. 39. num. 1. D. 148. tit. 1. §. 4. th. 7. n. 2. D. 158. tit. 2. th. 46. num. 1. D. 140. th. 41. num. 3. Ex tempore susceptæ administrationis. D. 112. th. 39. D. 148. tit. 1. §. 4. th. 7. num. 2. D. 158. tit. 2. th. 46. num. 2. Licet horum bonorum pater non habeat usumfructum. D. 112. th. 39. num. 3. 4. 3. Etiam ratione reliquorum bonorum adventitiorum de Jure Wirtembergico. D. 67. thes. 8. num. 2. D. 112. th. 39. num. 4. D. 148. tit. 1. §. 4. th. 7. num. 2. 4. Ratione munerum patrinorum, *des Paten-Gelds*, de Jure Saxonico. D. 112. th. 39. num. 7. D. 148. tit. 1. §. 5. th. 5. n. 3. 5. In bonis patris usufructuarii respectu rerum adventitiarum de Jure Saxon. D. 110. th. 12. num. 4. 6. Quoad reliqua bona liberorum, si pater liberorum tutelam & curam administrat. D. 158. tit. 2. th. 47. num. 5. Quid de Jure Wirtembergico? num. 6. 7. Pro legitima, vel pro ejus supplemento, si debeatur & petatur tanquam legatum ex voluntate testatoris. th. 48. 8. In bonis etiam matris, si hæc in bonis liberorum habeat usumfructum. D. 67. th. 9. XIV. Legatariis & fideicommissariis particularibus. D. 97. th. 24. D. 19. th. 45. D. 112. th. 29. Disp. 158. tit. 2. th. 49. 50. Quo jure sit introducta? D. 106. th. 22. D. 158. tit. 2. th. 49. num. 2. 3. Etiam illis, quibus aliquid a legatariis & fideicommissariis relictum. D. 158. tit. 2. thes. 50. num. 1. Pro legatis & fideicommissis consequendis ut & pro usuris exinde debitis D. 112. th. 29. num. 1. D. 158. tit. 2. th. 51. In illis bonis defuncti, quæ pervenerunt ad eos, a quibus legata vel fideicommissa relicta sunt. D. 97. th. 24. D. 112. th. 29. num. 5. D. 158. tit. 2. th. 51. In singulorum heredum portione, pro rata & portione hereditaria. Disp. 112. th. 31. num. 1. D. 158. tit. 2. th. 52. num. 2. Quid si ab uno ex pluribus heredibus relicta? D. 158. tit. 2. th. 52. num. 3. Quid si res illæ mortis tempore in hereditate non extiterint? num. 4. Simplex est. thes. 53. num. 1. Incipit ex tempore mortis testatoris. D. 112. th. 30. D. 158. tit. 2. th. 53. num. 2. Ampliatur. ib. Vi hujus tacitæ hypothecæ inter plures legatarios ex uno testamento concurrentes nullum est temporis privilegium. D. 158. tit. 2. th. 54. num. 1. Nec ipsi præferuntur creditoribus reliquis hereditariis. D. 112. th. 31. num. 2. D. 158. tit. 2. th. 54. num. 3. Licet sint simplices & nudi chirographarii. ibid. XV. Mortis causa donatario. D. 112. th. 32. D. 158. tit. 2. th. 50. num. 2. Pro debita mortis causa donatione. D. 158. tit. 2. th. 51. Secus si res data a donatore. Disp. 112. thes. 32. num. 5. XVI. Illi qui pecuniam ad ædificiorum restitutionem dedit mutuam. D. 112. th. 25. D. 158. tit. 2. th. 55. D. 59. th. 28. & 34. Ut autem competat requiritur 1. ut crediderit pecuniam. D. 158. tit. 2. th. 56. Quid si quis non nummos, sed aliam rem crediderit? num. 1. Aut ipsemet, cessante domino, suis impensis ædificium restituerit? num. 2. 2. In specie & nominatim ad restitutionem ædificii collapsi s. exusti, vel ad refectionem ædificii ruinam minantis. th. 57. num. 1. 2. Quid si pecunia non ipsi domino, sed architecto & redemptori data fuerit? num. 6. An in rusticis æque ac in urbanis locum habeat? th. 58. 3. Ut actu quoque ob eandem causam sit expensa. th. 59. num. 1. Quid si pars tantum pecuniæ creditæ in refectionem impensa? num. 2. Quis requisita probet? th. 60. Non pro sorte

te tantum, sed & pro usuris. th. 59. n. 3. Est specialis, & competit tantum in ædificio pecunia credita refecto. th. 61. num. 1. D. 59. th. 34. n. 3. Parte tantum ejus restituta, in illa tantum parte. D. 158. num. 2. th. 61. num. 2. Ædificio collapso vel exusto an pereat hypotheca? num. 3. An in area duret? num. 4. Quid si postea reædificatum & restitutum? n. 3. Utrum simplex an privilegiaria? D. 59. th. 28. n. 13. th. 34. D. 158. tit. 2. th. 62. XVII. Illi qui in alias res conservandas vel reficiendas credidit de Jure Saxonico. D. 158. tit. 2. th. 64. VIII. Venditori in re vendita & tradita ratione pretii nondum soluti de Jure Wirtemberg. th. 67. n. 3. D. 67. th. 11. n. 2. Sed quatenus? ib. XIX. Illi, qui liberum hominem ab hostibus captum redemit, in redempto. D. 158. tit. 2. th. 68. Sed quatenus & qualis? ibid. XX. Locatori prædii urbani in omnibus rebus conductoris in prædium conductum actualiter illatis, pro omni eo, quod eidem debetur ex locationis contractu. D. 64. th. 55. num. 1. D. 112. th. 40. D. 158. tit. 2. th. 72. & th. 77. 79. 82. 84. 85. 89. Unde & cur introducta? D. 158. tit. 2. th. 73. 74. An recte dicatur legalis? th. 74. num. 2. Sola conductoris voluntas & protestatio hunc legis effectum impedire nequit. th. 74. num. 3. Qualis illatio hic requiratur? D. 112. thes. 40. D. 158. tit. 2. th. 75. Præclusio vel arrestatio, a locatore facienda, non est necessaria, utilis tamen. D. 112. th. 40. num. 4. 5. D. 158. tit. 2. th. 76. num. 1. 2. Illationem quis probet? D. 158. tit. 2. th. 76. num. 3. Nihil refert, locator s. sit dominus s. non. th. 77. num. 1. Sive pro nummis, sive alia re usum ædium alteri concesserit. num. 2. Etiam locatoris heredibus competit. num. 3. An cessionario? n. 4.

Quæ prædia dicantur urbana? th. 79. num. 2. Quid de stabulis? n. 3. 4. 5. Quid de horreo? num. 6. Quid de molendinis? th. 68. num. 2. th. 80. n. 1. 2. 3. Quid de navi, vehiculo, s. curru, & doliis conductis & vino infuso? num. 4. Quid de prædiis rusticis. th. 81. num. 1. seqq. Aut colonis partiariis dicendum? num. 5. An in bonis minoris conductoris? th. 82. n. 2. seqq. An in bonis prodigi & fœminæ? n. 7. Etiam in rebus secundi conductoris pro quantitate suæ mercedis. D. 112. th. 40. num. 7. D. 156. §. 1. th. 20. n. 2. D. 158. tit. 2. th. 84. num. 1. Secus quoad secundum conductorem prædii rustici. D. 112. th. 40. num. 7. An in mercibus mercatoris in prædium conductum illatis? D. 112. th. 41. num. 7. D. 96. tit. 2. th. 86. An in pecunia numerata? D. 112. th. 41. D. 158. tit. 2. th. 87. An in chirographis & similibus instrumentis illatis? D. 158. tit. 2. th. 88. Pro quo debito competat? th. 89. Locatione tacite renovata, durat in tacita illa reconductione. ib. & D. 112. th. 40. num. 6. Generalis quodammodo est. D. 158. tit. 2. th. 90. num. 1. Non impedit rerum alienationem. n. 2. Ita tamen, ut locator jus pignoris salvum retineat. num. 3. Illarum rerum illatarum præclusio & distractio quomodo fiat? num. 4. Simplex est & incipit ex tempore illationis. th. 91. Jure Hamburgensi est privilegiaria & omnibus hypothecariis præfertur. D. 64. th. 55. num. 2. 3. Quod & Jure Lubeccensi respectu unius anni mercedis verum est. num. 4. Per expressam non impeditur. D. 158. tit. 2. th. 92. Quid si locator in securitatem mercedis fidejussorem acceperit? ibid. XXI. Locatori prædii rustici in fructibus ex illo prædio perceptis. D. 112. th. 40. n. 8. D. 158. tit. 2. th. 94. Ejus causa impulsiva.

pulſiva. D. 158. tit. 2. theſ. 95. num. 1. An legalis ſit vel conventionalis? n. 2. Si minor tale prædium conduxerit, quid juris? num. 3. Cui & in quibus fructibus competat? th. 96. Quid ſi fructus conſumpti vel venditi? num. 3. Simplex eſt. th. 97. XXI. Creditori, in prædio, ex quo ipſi annua debetur præſtatio, an & quatenus? th. 98. & 99. Quid de annuis reditibus realibus? th. 99. num. 4. XXII. Actori in bonis rei immobilibus? D. 53. th. 8. XXIII. Medico ob ſalarium debitum. D. 124. th. 40. num. 4. An privilegiaria? ib. Non competit, I. Fiſco. 1. ratione pœnarum & mulctarum. D. 101. theſ. 34. D. 112. th. 33. num. 2. Diſp. 158. tit. 2. th. 9. num. 1. 2. Ratione bonorum vacantium vel ob crimen publicatorum. D. 158. tit. 2. th. 9. num. 2. II. Filiæ pro dote a patre eidem ex legis diſpoſitione debita. theſ. 12. num. 3. III. Uxori 1. hæreticæ. th. 17. n. 1. D. 112. th. 16. num. 1. 2. Judææ. D. 112. theſ. 16. num. 2. D. 158. tit. 2. th. 17. num. 2. 3. Putativæ. Diſp. 112. th. 15. D. 158. tit. 2. th. 18. IV. Sponſæ. D. 112. th. 14. num. 2. ſeqq. D. 158. tit. 2. th. 19. V. Patri nec extraneo, qui dotem dedit, & eam ſoluto matrimonio ſibi reſtitui ſtipulatus. D. 158. tit. 2. th. 20. VI. Uxori 1. ratione pœnarum adjectarum. th. 23. num. 6. 2. Ratione dotalitii. D. 112. th. 24. num. 4. D. 158. tit. 2. th. 23. num. 7. 3. Ratione munerum nuptialium pro parte uxori debitorum. D. 158. tit. 2. th. 23. num. 8. 4. Pro bonis receptitiis. D. 112. th. 24. num. 5. D. 158. tit. 2. th. 27. num. 1. 2. 5. Pro mutuo marito dato. D. 158. tit. 2. th. 27. num. 3. 6. Pro Gerada de Jure Saxonico. D. 112. th. 24. num. 5. 7. Pro donatione propter nuptias in foro Saxonico. D. 112. th. 24. num. 6. D. 158. tit. 2. th. 30. 8. Pro alimentis a marito præſtandis. D. 112. th. 2?. num. 6. D. 158. tit. 2. th. 31. Quid in Camera Imperiali. ib. 9. In bonis heredis, etiamſi ex bonis mariti per negotiationem heredis ſint quæſita. D. 112. th. 42. num. 6. VII. Pupillis & Minoribus 1. in bonis protutorum & procuratorum. D. 112. th. 35. num. 2. ſeqq. D. 158. tit. 2. th. 38. 2. In bonis curatorum ad litem. D. 112. th. 35. num. 4. D. 158. tit. 2. th. 39. 3. Actorum & procuratorum. D. 112. th. 32. num. 6. D. 158. tit. 2. th. 40. num. 1. 2. 4. Fidejuſſorum, tutorum & minorum D. 158. tit. 2. th. 40. num. 3. 5. Negotiorum geſtorum. n. 4. 6. Curatorum ſimpliciter bonorum. D. 112. th. 35. num. 5. 7. In re pecunia, a pupillo alteri credita, comparata. Diſp. 158. tit. 2. th. 42. num. 1. 2. 8. In bonis aliorum ſuorum debitorum. num. 3. 9. in bonis heredum tutorum & curatorum. D. 112. th. 42. num. 6. VIII. Fœminis in bonis curatorum ad litem. D. 112. th. 35. num. 11. D. 158. tit. 2. th. 45. num. 2. Etiam in Ducatu Wirtembergico. ib. IX. Creditori in re, ſua pecunia, ad rem emendam credita comparata. D. 67. th. 10. num. 5. 6. D. 59. th. 27. num. 5. 6. D. 112. th. 26. 27. 28. D. 158. tit. 2. th. 42. num. 2. Niſi ſibi de hypotheca ſpecialiter proſpexerit. D. 59. th. 27. num. 6. & th. 29. num. 7. Et quidem per pactum ſtatim ante emptionem adjectum. th. 29. n. 10. Secus hæc de Jure Hamburg. D. 64. th. 52. n. 2. 3. X. Militi, Furioſo, Prodigo, Eccleſiæ &c. in rebus illorum pecunia emptis. D. 133. theſ. 38. num. 3. D. 158. tit. 2. th. 43. XI. Furioſis, Prodigis, Cœcis, & ſimilibus perſonis debilibus in bonis curatorum ſuorum. D. 59. th. 33. num. 6. 7. D. 112. th. 35. num. 3. D. 158. tit. 2. th. 44. XII. Ventri, Abſenti, Capto, & Creditoribus

in bonis curatorum bonorum. D. 158. tit. 2. th. 45. num. 2. XIII. Tutoribus & Curatoribus in bonis pupillorum & minorum pro eo, quod ipsis contrario tutelæ judicio debetur. D. 112. th. 36. num. 3. D. 158. tit. 2. th. 45. n. 3. Nec ratione salarii. D. 112 th. 36. n. 4. XIV. Liberis in bonis patris 1. ratione reliquorum bonorum, exceptis bonis maternis & materni generis. D. 110. th. 12. num. 4. D. 112. th. 39. n. 2. D. 158. tit. 2. th. 47. num. 1. 2. Ratione munerum patrinorum, *des Paten-Gelds*. D. 48. th. 16. D. 158. tit. 2. th. 47. n. 2. 3. Ratione bonorum castrensium, quasi castrensium, adventitiorum irregularium, & bonorum filii emancipati. Disp. 158. tit. 2. th. 47. num. 3. 4. Limitatur. num. 5. 4. Pro legitima patre mortuo. D. 112. th. 32. num. 7. D. 158. tit. 2. th. 48. num. 1. 5. Pro supplemento legitimæ. D. 158. tit. 2. th. 48. num. 3. 4. XV. Fideicommissario universali. D. 112. th. 29. num. 6. D. 158. tit. 2. th. 50. num. 3. XVI. Legatariis & fideicommissariis 1. in singulorum heredum bonis in solidum. D. 112. th. 31. n. 1. Disp. 158. tit. 2. th. 52. num. 2. 2. In ipsa re legata. D. 112. th. 29. n. 2. D. 158. tit. 2. th. 52. num. 5. 3. In bonis heredum propriis, & quæ a defuncto ad illos non pervenerunt. D. 112. th. 29. num. 3. & th. 42. num. 6. Disp. 158. tit. 2. th. 52. num. 6. Quid si heres bona testatoris consumserit vel dolo possidere desierit? D. 158. tit. 2. th. 52. num. 6. 4. In bonis a testatore jam aliis legatis. D. 112. th. 29. num. 4. XVII. Illi, qui pecuniam credidit, sed saltem simpliciter & non expresse in refectionem ædificii. D. 158. tit. 2. th. 57. num. 3. XVIII. Illi qui credidit nominatim quidem, sed ad novi ædificii exstructionem, vel ad veteris amplificationem aut exornationem. num. 4. 5. XIX. Alicui pro pœna conventionali. th. 59. n. 3. XX. Hæretico. th. 63. XXI. Illis, qui in navis vel aliarum rerum refectionem & conservationem crediderunt. D. 59. th. 28. num. 1. 2. 7. D. 64. th. 52. num. 1. D. 112. th. 26. D. 158. tit. 2. th. 64. XXII. Illis, qui in domum, navim, vel alias res emendas, vel comparandas crediderunt. D. 59. th. 26. 27. D. 112. th. 27. 28. D. 158. tit. 2. th. 65. XXIII. Creditori in militia, sua pecunia empta. D. 158. tit. 2. th. 66. XXIV. Venditori in re vendita & tradita pro ejus pretio, de quo emptori fidem habuit. D. 67. th. 11. n. 1. D. 112. th. 34. n. 2. D. 158. tit. 2. th. 67. n. 1. Ampliatur. D. 112. th. 34. num. 3. 4. 5. D. 158. tit. 2. th. 67. n. 1. Quid si res nondum tradita? Disp. 158. tit. 2. th. 67. num. 4. Quid si venditor rem venditam sub hac conditione tradiderit, ut res illa, donec pretium solvatur, sit obligata? D. 59. th. 29. n. 8. XXV. Creditori in pecunia credita, licet illa pecunia adhuc reperiatur penes debitorem salva. D. 158. tit. 2. th. 67. num. 2. XXVI. Civitati in bonis administratorum civitatis, de Jure Civili. D. 59. th. 21. n. 15. D. 158. tit. 2. thes. 69. seqq. Quid de praxi? *ibid.* XXVII. Ecclesiæ, aliisque piis locis in bonis suorum administratorum, vel aliorum debitorum. D. 66. th. 94. n. 1. D. 158. tit. 2. th. 71. & th. 106. Quid in Electoratu Saxoniæ. D. 158. tit. 2. th. 106. XXVIII. Privatis ex contractibus suis. Disp. 112. th. 34. num. 1. XXIX. Commodanti ædes, nec pro culposa rei deterioratione. D. 158. tit. 2. th. 78. XXX. Illi qui habitationem alicui gratuitam concessit, nec pro deterioratione. D. 112. th. 41. num. 8. D. 158. tit. 2. th. 84. num. 2. XXXI. Domino directo 1. in illatis in prædium emphyteuticum & invectis pro canone

& ejus

& ejus deterioratione. D. 158. tit. 2. th. 93. 2. In fructibus ex prædio emphyteuticario perceptis ratione canonis. th. 97. num. 2. 3. In prædio emphyteuticario pro canone emphyt. th. 98. Limit. 100. 4. Pro laudem. th. 101. XXXII. Locatori I. prædii rustici. Disp. 158. tit. 2. th. 81. Quid in praxi observetur? n. 4. 2. In rebus minoris conductoris, quæ sine decreto alienari & oppignorari nequeunt, aut sine curatoris consensu in prædium conductum illatis. D. 112. th. 41. D. 158. tit. 2. th. 82. num. 3. 4. 5. Idem dicendum, si locatio sine consensu curatoris contracta. D. 158. tit. 2. th. 82. 3. In rebus alienis illatis. D. 112. th. 41. n. 8. D. 158. tit. 2. th. 83. num. 2. Limitatur. D. 158. tit. 2. th. 83. num. 2. 4. In rebus uxoris, liberorum & famulorum conductoris propriis. th. 83. n. 3. 5. in rebus minoris vel domini vel a tutore, curatore, vel procuratore in suas conductas ædes illatis. num. 4. 6. In rebus, quas non continet generalis expressa hypotheca. thes. 85. num. 1. 7. In libris studiosorum vestimentis. &c. D. 112. thes. 41. num. 6. D. 158. tit. 2. th. 85. num. 2. 3. Modo aliæ res illatæ fuerint, quæ pignori esse possint. D. 158. tit. 2. th. 85. num. 4. 8. In pecunia ad quotidianum usum destinata. D. 112. th. 41. n. 8. D. 158. tit. 2. th. 87. 9. In chirographis & aliis instrumentis illatis, & nominibus, actionibus & juribus. D. 112. th. 41. n. 8. D. 158. tit. 2. th. 88. XXXIII. Creditori in prædio, ex quo annua debetur præstatio, sed quatenus? D. 158. tit. 2. th. 98. 99. Quid de annuis reditibus realibus dicendum? th. 99. num. 4. XXXIV. Alicui pro decimis, in bonis, ex quibus debentur. th. 102. XXXV. Parocho pro congrua sua portione. th. 103. XXXVI. Furtum vel damnum passo in bonis furis vel alterius delinquentis pro rebus ablatis & damnis datis. Disp. 46. th. 5. D. 146. tit. 1. thes. 9. num. 4. Disp. 158. tit. 2. thes. 104. XXXVII. Alicui in bonis usurarii pro usurarum restitutione. D. 158. tit. 2. th. 105. XXXVIII. Creditoribus funerariis. th. 107. XXXIX. Ecclesiæ in bonis prælati. D. 112. th. 39. num. 5. XL. Illi, cujus negotia quis gessit, in bonis negotiorum gestoris. th. 39. num. 3. XLI. Orphanotrophio in bonis ejus, qui orphanis præest. num. 5. XLII. Personis liberales artes exercentibus ob salarium debitum. D. 124. th. 40. XLIII. Alicui pro mercibus ad vestiendum traditis, de Jure sc. Civili. D. 100. th. 85. XLIV. Illi, cujus pecunia res ab alio est empta. D. 67. th. 10. Omnes producit effectus quos expressa. D. 158. tit. 2. thes. 108. Anterior præfertur posteriori etiam expressæ. ibid. Non competit sine legis dispositione vel textu expresso. D. 59. th. 27. n. 2. th. 31. num. 8. D. 20. th. 9. num. 2. Solvitur quomodo? D. 112. th. 50. Ratione debiti principalis solvitur ipso jure, si debitum extinctum vel per solutionem a quocunque factam. th. 51. num. 1. 2. Vel per aliam satisfactionem. num. 3. Ut & per solennem & legitimam debiti oblationem, obsignationem & depositionem. th. 52. Ut liberetur, totum debitum debet esse solutum. thes. 53. Ope exceptionis solvitur per remissionem debiti principalis. th. 54. num. 1. Per judicialem sententiam absolutoriam debitoris, licet iniquam. num. 2. Si jurejurando delato debitor se nihil debere juraverit. ibid. Ratione sui ipsius solvitur voluntate creditoris pignus remittentis expressa. th. 55. n. 1. Tacita vel pignus reddendo simpliciter. num. 2. Quo reddito ipsum debitum

non remissum censetur. ib. Vel consentiendo in pignoris alienationem etiam per obliquum subscribendo instrumentum alienationis. num. 3. Modo creditor ad consentiendum sit habilis. th. 56. num. 2. Et simpliciter consenserit. num. 3. Et alienatio voluntati creditoris consentientis sit accommodata. num. 4. Et actu secuta. num. 5. Ut & serio & vere facta. num. 6. Perimitur per consensum creditoris in oppignorationem tertio factam. th. 57. Secus de Jure Saxon. num. 4. Solvitur casu vel rei ipsius oppignoratæ totali interitu. th. 58. num. 1. Vel resoluto jure constituentis. num. 2. Non constituitur in bonis feudalibus. th. 42. num. 5. In bonis propriis heredum, qui debitori successerunt. num. 6. Universalis simpliciter talis quid comprehendat? Disp. 158. tit. 1. th. 16. num. 3. 4.

Hypothecæ tacitæ s. legalis effectus sunt varii. D. 112. th. 44. I. Creditor ad jus tacitæ hypothecæ persequendum duo habet remedia. th. 45. n. 1. Petitorium est vel Actio Serviana vel quasi Serviana. num. 2. Quæ posterior hypothecaria in specie dicitur. ibid. Possessorium est interdictum Salvianum. th. 46. Quod est vel directum vel utile. num. 1. 2. Quibus detur? ibid. An contra tertium possessorem? num. 3. II. Creditor jure retentionis rem pignoratam retinet. th. 47. num. 1. Etiam ob aliud debitum. num. 2. H. jure non utitur adversus secundum creditorem hypothecarium, qui jus habet avocandi pignus a primo creditore. num. 3. III. Tales hypothecarii præferuntur omnibus privilegium personale saltem habentibus. th. 48. n. 2. Nudis chirographariis. num. 3. Hypothecariis tempore posterioribus. n. 4. s. habeant tacitam s. expressam hypothecam. num. 5. IV. Creditor pignus, ut expressum, distrahere potest. th. 49. num. 2. Quæ distractio nec pacto potest impediri. n. 1. 2. Distrahendum eodem modo, ac conventionale. num. 3. Quo legitime distracto, transfertur in emptorem vel dominium vel conditio usucapiendi. thes. 49. num. 4. Adversus creditorem vendentem de evictione non agitur. num. 5. Non obligantur bona immobilium possessoris. D. 27. th. 10.

Hypothecam tacitam sive legalem qui asserit, quando ab eo lex certa *illam* concedens non demonstratur, sufficit ad illam impugnandam sola adversarii negatio. D. 158. tit. 2. th. 99. num. 3. An impediat vel tollat expressa? thes. 109.

inter Hypothecam tacitam & expressam an sit aliqua ratione prælationis differentia? th. 108.

Hypotheca tacita utitur cessionarius. D. 153. §. 2. th. 24. n. 2. Sed non quoad jus prælationis, quod uxori in dote competit. th. 25. n. 4.

in Hypotheca tacita non minus potenter operatur lex, quam in expressa conventio. D. 158. tit. 2. th. 108.

Sub Hypotheca tacita sive legali non veniunt bona feudalia. Disp. 76. thes. 31. num. 4.

HYPOTHECA PRIVILEGIARIA TACITA.

Hypothecam privilegiariam tacitam habent in Ducatu Wirtembergico Civitates municipales in bonis debitorum, ratione debiti, *von gemeinen Nutzens wegen*. D. 59. th. 22. n. 4. Habet quandoque fiscus in bonis debitoris. th. 21. num. 9. Venditor in re vendita sub hac conditione tradita, ut res illa, donec pretium solutum, sit obligata. th. 29. num. 8. Creditor in re, sua pecunia,

nia, ad id credita, empta, & de hypotheca ſibi in continenti ſpecialiter proſpiciens. th. 27. num. 5. 6. th. 29. n. 7. 10. Creditor qui credidit ad ædes reficiendas. th. 28. num. 1. 3. th. 34. In ædibus ſcilic. refectis. th. 34. num. 3. Uxor ratione dotis. th. 30. num. 3. Quod privilegium alteri cedi nequit. th. 45. Ejus liberi tamen habent. n. 2. Vi hujus privilegii omnibus creditoribus etiam expreſſam anteriorem hypothecam habentibus præfertur. D. 66. th. 96. num. 1. D. 65. th. 22. Diſp. 64. th. 57. Secus de Jure Wirtembergico quoad anteriorem expreſſam hypothecam. D. 66. th. 96. num. 4. 5. Et Jure Saxonico Elector. & Hamburg. D. 65. th. 22. num. 2. D. 64. th. 57. num. 2. 3. 4. Locator prædii urbani in rebus conductoris illatis de Jure Hamburgenſi. D. 64. th. 55. Non habet privilegiarius creditor, etſi ſibi de hypotheca proſpexerit. D. 59. th. 55.

HYPOTHECARIUS.

Hypothecarius Creditor generalis res poſtea aliis ſpecialiter obligatas pro lubitu capere poteſt. D. 66. th. 97. num. 1. Secus de Jure Wirtemberg. num. 2. 3. In concurſu creditorum ex tempore collocatur. Diſp. 64. theſ. 53. num. 1. Quomodocunque hypotheca ſit conſtituta. ibid. Jure Hamburg. creditores ex publica Hypotheca præferuntur. num. 2.

Hypothecarii creditoris taciturnitas & ſcientia, rem ſibi obligatam a debitore alienari, ipſi non præjudicat. Diſp. 66. th. 98. num. 1. Limitatur. num. 2. 3. Hoc in caſu de Jure Wirtembergico creditori datur annus. num. 4.

I.

JACTARE.

Jactare ſuum nemo præſumitur. D. 55. th. 58. num. 2.

JACTUS.

vid. voc. Lex Rhodia de jactu.

IDONEUS.

Idoneus vel inidoneus quis ſit, judicis arbitrio quandoque relinquitur. D. 18. th. 9. num. 3.

IGNORANTIA.

Ignorantia juris an excuſet quempiam? D. 165. th. 101. Ubi eſt cauſa affirmationis, ibi ſcientia erit cauſa negationis. D. 130. th. 12. num. 7. Quid? D. 139. th. 20. num. 4. Actus facit involuntarios. ibid.

IGNORARE.

Qui non ignorat, certiorari non debet. D. 130. th. 12. n. 7.

Ignorans præſumitur, qui non probatur ſciens. D. 11. th. 156. num. 2.

IGNOTUS.

Ignotus in dubio non cenſetur ad relictum vocatus. D. 70. c. 5. th. 12. n. 2.

ILLATA.

Illata in tabernam conductam tacite obligantur. D. 100. th. 83. In navim vel domum tenentur locatori præ omnibus anterioribus hypothecariis. ib.

ILLICO.

Illico quid denotet? D. 138. c. 3. art. 1. th. 3. n. 1.

IMMISSIO.

Immiſſio ex primo decreto in actionibus perſonalibus fit pro menſura & quantitate declarati debiti in bona debitoris. D. 66. th. 21. n. 2. 3. Quod aliquatenus in Jure Wirtembergico extenſum eſt. num. 4. 5. Reo contumace declarato, ſine alia citatione decernitur. theſ. 22. Quam citationem Jus Wirtemberg. requirit. n. 2. 3. Ex ſecundo decreto fit in actionibus realibus poſt annum a pri-

mo decreto computandum. thes. 23. In actionibus personalibus est tempus arbitrarium. ibid. De Jure Canonico est quoad actiones reales & personales annus. num. 2. Quod Jus Wirtemb. sequitur. num. 3.4.

IMMOBILIS.

Immobiles res soli quæ? D. 7. thes. 21. num. 2. Disp. 125. c. 2. th. 4. num. 1. Solo cohærentes natura tales quæ? D. 7. th. 22. num. 1. 2. D. 76. th. 11. D. 125. c. 2. th. 4. num. 2. & th. 6. seqq. Facto tales per inædificationem quæ? D. 7. th. 22. num. 3. 4. D. 76. th. 12. Per affixionem quæ? D. 7. th. 22. n. 6. Per impositionem quæ? num. 7. Per sationem & implantationem? num. 8. Per infossionem? num. 9. Censentur molendina alata. num. 5. Molendina ædibus juncta. num. 6. Non vero instrumenta parata, ut ædibus imponantur. ibid. Secus si semel affixa detrahantur ea mente ut reponantur. ib.

Immobilia quæ dicantur? D. 7. th. 23. n. 3. seqq. D. 76. th. 13. D. 125. c. 2. th. 3. D. 128. c. 4. th. 31. Deponi possunt. D. 149. tit. 3. §. 1. th. 6. num. 2. Custodia indigent, & nisi custodiantur, etiam sine vi corrumpi & minui possunt. ibid.

Immobilium possessio, si de ea non constat, summariter probanda est. D. 66. th. 46. num. 5. Rerum traditio certis in locis publice, & coram Judice rei sitæ tractanda est. D. 7. th. 20. num. 2. Alienatio quomodo in foro Saxonico fiat? num. 3. Quomodo Jure Hamburgens. & aliis in locis? D. 64. th. 45.

Immobilibus accensentur juris intellectu ea, quæ in loco perpetui usus gratia sunt collocata. Disp. 7. th. 23. num. 1. Sed hic non sufficit sola destinatio, & collocatio. n. 2. Annumerantur fictione juris quæ? D. 125. c. 2. th. 13. Annumerantur nomina & actiones ad rem immobilem consequendam competentes. c. 2. th. 14. num. 2. c. 4. th. 8. n. 1. Servitutes rebus immobilibus adhærentes. c. 2. th. 14. num. 3. Annui reditus. num. 4.

Immobilia oneribus publicis subjecta & in Ducatu Wirtemberg. sita emendo vel aliter sibi acquirere Hospitalia non possunt. D. 71. th. 39. num. 2. Possidens reus, alias de fuga suspectus, non facile præsumitur latiturus aut discessurus. D. 125. c. 3. th. 1.

in Immobilibus usucapiendis inter præsentes, decennium habet locum. D. 138. c. 3. art. 7. th. 4. num. 4. Inter absentes viginti annorum spatium. thes. 5. num. 4. Quinam sint præsentes & absentes? ib.

IMMUNITAS.

Immunitas in casu deprædationis aversæ, & quando hoc in casu conferendum, non attenditur. D. 3. thes. 39. num. 1. th. 43. num. 2.

Immunes qui sint per privilegium a certis oneribus? D. 72. th. 52. num. 181.

IMPENSÆ.

Impensæ fructuum spectant ad illum, ad quem spectat commodum fructuum. Disp. 9. thes. 52. num. 4. Rei spectant ad dominum, si sunt necessariæ. th. 54. num. 2. Item utiles, si factæ ex tacita vel præsumpta domini voluntate. num. 3. Aut si non sint nimis onerosæ. num. eod. Modicæ regulariter ad creditorem & usufructuarium pertinent. n. 6. 7.

Impensarum usuras creditor antichreticus a debitore exigere non potest. D. 6. th. 54. n. 9. 10.

Impensas funebres quisque de suo solvere debet. D. 4. th. 27. n. 3.

IMPE-

IMPERATOR.

Imperator ſine Statuum conſenſu exercet jus aggratiandi. D. 6. th. 2. n. 3. Niſi agatur de ſtatu proſcripto reſtituendo. ib. Etiam ante papalem coronationem. ibid. Quam noſtri Imperatores non expetunt. ib. Sine Statuum conſenſu Leges Imperii univerſales condere vel abrogare non poteſt. D. 61. th. 5. De Pontificum privilegiis recte decernit & judicat. Diſp. 160. th. 5. num. 4. An Jure revangare poſſit ab incubatoribus regna & provincias, ſive an illas provincias, quæ ſe exemerint, repetere jure poſſit? D. 164. th. 53. Solus vel cum Electoribus ſine reliquorum ordinum conſenſu Auream Bullam tollere vel mutare non poteſt. D. 165. th. 76. An ſit Dominus totius mundi? th. 114. An ſit legibus ſolutus? th. 118. Leges Imperii vel evertere, vel abrogare, vel antiquare non poteſt. D. 166. theſ. 26. Tantum veniam ætatis concedit Jure Juſtinianeo. D. 118. th. 102. Hodie ſecus. ib. Seipſum eligere, & majora facere poteſt. D. 131. th. 39. n. 5.

Imperatori ſoli Majeſtas non eſt adſcribenda. D. 6. th. 2. num. 4.

inter Imperatorem & Status Imperii præcipua Majeſtatis jura ſunt communicata. num. 3.

contra Imperatorem quanto tempore præſcribatur. D. 166. th. 274.

Imperatore vivente in Rege Roman. Majeſtas non læditur, tanquam in ſuo ſubjecto, mortuo vero eo, etiam ante coronationem in Regem Romanum committitur. D. 141. th. 19. In eligendo, poſtquam Electores juramentum præſtiterunt, triginta dies conceduntur. D. 138. c. 3. art. 4. th. 4. n. 12.

IMPERITIA.

Imperitia in eo, qui artem profitetur, culpæ annumeratur. D. 57. p. 2. c. 1. th. 6. num. 3.

Imperitiæ ſive imprudentiæ quomodo in pœnalibus judiciis ſuccurratur? n. 19.

de Imperitia Medicorum Medici cognoſcunt. n. 20. De pœna vero JCti. ib.

ex Imperitia artis alicujus peritus damnoſum conſilium dans obligatur. th. 6. n. 1. Quatenus Conſiliarii teneantur? n. 5. ſeqq. Quatenus Advocati? n. 7. Quatenus Medici? num. 10. ſeqq. Quatenus Chirurgi, Obſtetrices, & alii in certa arte periti? num. 21. Non tenentur Agrimenſores. n. 22.

IMPERITUS.

Imperitus artis de ea judicare nequit. D. 57. p. 1. c. 2. th. 5. num. 18.

IMPERIUM.

Imperium merum & mixtum non ſemper vi juris territorialis exercetur. D. 61. th. 9. n. 3. Mere Ariſtocraticum eſt, ubi is, qui præeſſe exiſtimatur, lege civili & coactiva ad reddendas proceribus rationes obſtrictus, ab iisque jure deponi, etiam ob leves & nullas cauſas poteſt. D. 118. th. 126. Romanum an tale ſit? ib.

Imperio Romano ſervire eſt libertate potiri. D. 159. c. 4. th. 3. n. 6. An ſubjecti ſint Reges Galliæ & Hiſpaniæ, an liberi? D. 165. th. 115.

IMPERSONALITER.

Imperſonaliter concepta etſi ſit ſtipulatio, e. gr. dabis? dabitur, tamen valet. D. 19. th. 53.

IMPLERE.

Verbum Implere ſæpius idem ſignificat, quod perficere & vice verſa. D. 11. th. 13. num. 4.

IMPOSSIBILIA.

Impoſſibilium uti nulla obligatio, ita nullus contractus. D. 58. th. 27. num. 1.

Limi-

Limitatur in iis, quæ Doctoribus facto impoſſibilia dicuntur. ibid.

IMPUBES.

Impubes teſtamentum facere nequit. D. 139. th. 14. num. 8. Nec codicillos. ibid. Nec mortis cauſa donare. ibid. Nec cum tutoris autoritate. ibid. Certa negotia velle non poteſt. ib.

IMPUNITAS.

Impunitatis promiſſione elicitæ confeſſiones reorum quatenus valeant? D. 55. th. 53. num. 4.

Impunitatem reo, quo delictum fateatur, judex, merum imperium habens, promittere non poteſt. D. 6. th. 4. n. 2.

INÆQUALITAS.

in Inæqualitatem nemo conſenſiſſe videtur. D. 150. tit. 2. §. 1. th. 7. num. 6.

INCAPAX.

Incapaces ſunt, quibus relicta ab initio inutilia ſunt & pro non ſcriptis habentur. D. 166. th. 180.

INCARCERATIO.

Incarceratio longa habet in ſe pœnam & morti comparatur. D. 61. th. 20. n. 5. Ideoque ob eam ſæpius pœna mitigatur. num. 6. Si ſcilicet quis præter ſuam culpam ex Judicis mora in carcere diuturniori fuerit detentus. num. 7.

ab Incarceratione nec Jure Civili perſonæ in dignitate conſtitutæ ſunt exemtæ. D. 141. th. 15.

INCENDERE.

Incendendi animus quando præſumatur? D. 139. th. 6. num. 5.

INCENDIARIUS.

Incendiarii qua pœna afficiendi? D. 141. th. 48. Ob prætenſum juſtæ iræ impetum non excuſantur ab ordinaria pœna. D. 92. th. 64.

Incendiariorum pœna diverſa eſt. D. 65. th. 58. num. 1. In Electoratu Saxoniæ vivi comburuntur. n. 2.

INCENDIUM.

Incendium ære alieno non exuit debitorem. D. 3. th. 24. num. 3. Regulariter & plerumque culpa inhabitantium exortum cenſetur. D. 105. th. 50. num. 7. D. 141. theſ. 49. Actor tamen probat culpam adfuiſſe. D. 141. th. 49.

Incendii a ſuis ædibus avertendi cauſa, ſi quis ædes vicini deſtruxerit, & incendium ad illas ædes pervenerit, vel juſtus perveniendi metus fuerit, actio Legis Aquiliæ non habet locum. D. 40. theſ. 13. D. 47. th. 4. Avertendi cauſa ædibus vicini deſtructis, dominus ædium deſtructarum æque petit, ut collatione eorum, qui propter hoc ſuas habent ſalvas, reſarciatur damnum, quod pro illis factum. D. 40. th. 13. D. 47. th. 4. D. 147. tit. 2. th. 13. Limitatur. D. 147. tit. 2. th. 13. Periculum ædibus ſub conditione conſtitutiva venditis pertinet ad venditorem. D. 154. tit. 6. §. 1. th. 13.

ob Incendium, in ædibus vicini exortum, vicinus actione Legis Aquiliæ agens, culpam vicini probet. D. 54. th. 9. D. 40. th. 17. D. 86. th. 6.

Incendio in caupona exorto, caupo tenetur hoſpitibus de rebus omnibus receptis. D. 34. th. 17. D. 105. th. 50. Niſi probaverit citra ſuam ſuorumque culpam exortum. ib. In ædibus commodatarii exorto, commodatarius, qui pretioſa propria exportavit, relictis commodatis rebus minoris pretii, commodanti eo nomine non tenetur. Diſp. 46. th. 17.

INCERTITUDO.

Ob Incertitudinem lucri vel damni multa tanquam licita contra regulas Juris Communis permittuntur. D. 9. th. 45. num. 7.

INCESTUS.

Inceſtus ſuperveniens matrimonium non diſſolvit. D. 5. diſſ. 2. th. 35. n. 3. ſeqq. Niſi pars innocens petierit. n. 7. In Ducatu Wirtembergico gladio punitur. num. 5. Ratione conſanguinitatis in linea recta admiſſus, Jure Wirt. ultimo punitur ſupplicio. D. 69. th. 21. n. 6. 7. 8. Idem eſt in inceſtu in linea collaterali & quidem in gradu primo admiſſo. num. 9. 10. 11. Secus de Jure Electoratus Saxoniæ. num. 12. Si committatur in gradu ſecundo lineæ collateralis inæqualis quomodo puniatur? num. 13. Ratione affinitatis in linea recta vel collaterali primi gradus admiſſus, quomodo Jure Wirtembergico puniatur? num. 24. Pœna Jure Civili non eſt expreſſe definita. th. 21. num. 1. 2. 3. Ut & Jure Carolino.

Inceſtum qui commiſit, octo annis pœnitet. D. 138. c. 3. art. 7. th. 4. num. 2.

Inceſtæ nuptiæ quæ? Diſp. 166. theſ. 189. Jure Gentium quæ? th. 192. Jure Civili quæ? th. 193. Jure Gentium ſi contractæ, pari pœna plectuntur mas & fœmina. th. 194. Si Jure Civili, mulier ignorantiam juris prætendens non punitur. ib.

Inceſtas nuptias contrahentium bona an fiſcus acquirat? D. 85. c. 3. th. 7. num. 2. 3. 4. D. 166. th. 195. ſeqq. Ad Regalia fiſci pertinent. D. 166. theſ. 185. ſeqq.

INCLUSIO.

Incluſio unius in non prohibitis non ſtatim eſt excluſio alterius. D. 11. th. 60. num. 2.

INCOGITANTIA.

Incogitantia quid? D. 139. th. 20. n. 5.

INCOLA.

Incola differt a Cive. D. 72. th. 54. num. 186. In ſtatutis non venit nomine Civis. num. 187. ſeqq. De omnibus Civitatum Juribus ac Privilegiis hodie non participat. num. 190. & th. 55. n. 193. 195. Non habet territorialem retractum Civibus alias vi ſtatuti competentem. th. 54. n. 191. Jure Wirtembergico ab immobilium emptione non excluditur. th. 55. num. 194. Muneribus civilibus in loco domicilii fungi tenetur. th. 56. Statutis illius Civitatis obligatur. ib. In omnibus cauſis ad Magiſtratus Jurisdictionem pertinentibus ibidem convenitur. num. 197. ſeqq.

INCOMMODUM.

Incommoda eum ſequuntur, quem ſequuntur commoda. D. 111. theſ. 49. num. 10.

IN CONTINENTI.

In continenti quid denotet? D. 138. c. 3. art. 1. th. 3. num. 1.

INCORPORALIA.

Incorporalia quatenus traditionem recipiunt. D. 9. th. 26. num. 3. Pignori & in uſumfructum dari poſſunt. ibid. & num. 4. Neque ſunt mobilia neque immobilia. D. 7. th. 24. num. 1. Tertiam ac ſeparatam ſpeciem conſtituunt. D. 125. c. 2. th. 14. num. 1. Immobilibus annumerantur vel propter naturam objecti. Diſp. 7. th. 24. num. 2. 3. Vel propter illorum ſubjectum. n. 4. Vel propter aliam cauſam, ut annui reditus. num. 5. Pro diverſitate materiæ vel mobilibus vel immobilibus annumerantur. D. 125. c. 2. th. 14. n. 1.

INDEBITUM.

Indebitum eſt vel ſimpliciter tale quid? D. 145. tit. 6. th. 6. num. 2. 3. 4. Vel ſecundum quid? th. 8. Quod eſt vel ratione juris vel hominis tale. ib. Ratione juris eſt vel indebitum naturale tantum, idque vel ab initio, vel ex poſtfacto. num. 2. 3. Vel civile tantum.

th.9. Exempla utriusque. th.8.9. Ratione hominis quid? th. 12. Solutum an vindicari possit? D. 145. tit.6. th.18.
Indebiti solutio non est verus contractus. D. 11. th. 22. num. 1. Constitutum nec jure donationis subsistit. D. 46. th. 10. D. 146. tit. 2. §. 1. thes. 5. num. 3. Soluti dominium transit. D. 145. tit.6. th. 18.
Tanquam Indebitum solutum repetit, si mulier prævia intercessione mutuam accepit pecuniam, & eandem pro alio, pro quo intercessit, credens, se exinde efficaciter obligatam esse, solvit. D.49. th. 13. Secus si sciens hoc fecit. ibid.
vid. voc. Condictio Indebiti.

INDICIA.

Indicia perspicua requiruntur ad dolum probandum. D. 1. th. 13. num.2. Quæ talia non sunt, cum adsint contrariæ conjecturæ. num 3.

INDICTIO.

Indictio dicitur tempus quindecim annorum. D. 138. c. 3. art.7. th. 4. n. 9.

INDIGNUS.

Indignus nemo præsumitur. D. 17. th.46. num. 12. Heres an a testatore reputatus sit, non tantum ex verbis expressis, sed & ex gravi inimicitia cognoscitur. th.43. num. 8. Hereditate quis fit occidendo defunctum. D. 85. c. 3. th.18. Qui est hereditate, illius portio cedit fisco. th. 17. 18. num. 2. seqq.
Indigno herede, qui substitutum ex testamento habet, non adeunte hereditatem, substitutus ille fiscum excludit. th. 18. num. 6.
Indigni sunt, qui ex defuncti hereditate quid & capere possunt, & capiunt, sed quod ceperunt, retinere nequeunt. D. 166. th. 178.
Indignos pronuntiat vel testator vel lex. th. 181. Sed quosnam? th. 182. seqq.
Titulus de his, quæ ut indignis apud plerasque gentes abrogatus est. D.85. c.3. th. 17. num. 4. Si hic titulus abrogatus probetur, an hereditas uxori ex testamento consanguinei, cum quo rem habuerat, relicta pertineat ad fiscum, an ad heredes ab intestato, an vero ad ipsam uxorem? num. 3.5.

INDUCIÆ.

Inducias moratorias qui legitime impetrarunt, eandem dilationem suis debitoribus concedere non tenentur, sed contra illos statim efficaciter agere possunt. D. 26. th.11.
de Induciis moratoriis. D. 138. c. 3. art.7. th. 3. num. 4.
in Induciis qualis dies intelligatur? ibid. art. 4. th. 2. num. 2.
vid. voc. Moratorium. Dilatio moratoria.

INDUSTRIA.

Industria personæ singularis in omnibus magni momenti negotiis electa videtur. D. 150. tit. 1. §. 1. th. 6.

INFAMIA.

Infamia munerum publicorum per se aliquem non reddit incapacem de Jure Civili. D. 66. th. 2. num. 3. Perpetua pœnæ mortis comparatur. th. 103. n.6. Tamdiu sequitur, quamdiu durat relegatio. D. 159. c. 6. th. 21. num. 2. Facti manet superstes, quamvis quis famæ restituatur. th. 27. n. 2. D. 166. th.85. Juris tollit nobilitatem. D. 54. thes. 3. D. 118. th. 5.
Infamiam Jure communi impositam Civitas inferior restituere non potest. D. 6. th. 4. num. 3. Secus si illa ex illius statutis imposita. ib. Interdum non causa, sed pœna irrogata affert. Disp. 116. th. 10. Et remotionem ab officio frustra metuunt, ab aliis innocenter delati & diffamati. D. 31. th. 3.

Infamiæ maculam contrahunt transigentes de delictis famosis, quæ sanguinis pœnam non habent. th. 13. Licet ante Litis Contestationem hujusm. causæ transactione fuerint finitæ. ibid. Aut protestatio addita, transactionem scil. pro redimenda vexa esse additam. ibid. Juris effectus? th. 14.

Infamia juris notatus ut quis dicatur, quæ requirantur? th. 2. Non notantur spurii, & ex illegitimo matrimonio nati. th. 4. Nec qui actione de servo corrupto, th. 5. Aut quod metus causa, interd. unde vi, actione Leg. Aquiliæ, furtiva & alia condictione, loc. cond. act. E. V. pignoris &c. etiam propter dolum sunt condemnati. th. 6. Nec qui ob latam culpam judicio tutelæ, depositi, mandati, pro socio damnati. th. 7. Notantur in adulterio deprehensi ipso jure. th. 8. Ob stuprum per sententiam condemnati. D. 54. th. 3. D. 31. th. 9. D. 118. th. 5. Advocati, qui in publico judicio sunt prævaricati, & propterea damnati &c. Disp. 31. thes. 10. Nec facti laborant spurii. th. 19. Non notatur tutor ob latam tantum culpam remotus. D. 118. th. 52. Notatur pater propter consensum præcedentem, filio præstitum, ut nuptias cum vidua ante annum luctus nubente contrahat, non vero ob ratihabitionem. D. 139. th. 9. num. 11.

INFAMIS.

Infamis manet ex causa sua natura famosa ad tempus relegatus, ab ordine motus, aut alio jure exclusus, etiam post illud tempus. D. 31. th. 16. Secus si causa sua natura non esset famosa. ib. Potest esse arbiter compromissarius. D. 10. th. 19. num. 2. Judex esse potest. D. 66. th. 2. num. 1. Secus novo jure & Jure Wirtemb. n. 2. 3.

Infames arcentur a publicis functionibus. Disp. 131. th. 51. num. 3. vid. tamen num. 5.

Infamibus portæ honorum non patent. D. 160. th. 13. n. 9.

INFANS.

Infans est, qui septennio adhuc est minor. D. 12. th. 18. num. 5. D. 58. th. 23. num. 3. seqq. Disp. 83. th. 14. num. 7. Non multum a furioso, cui comparatur, differt. D. 58. th. 23. num. 6. D. 55. th. 7. num. 2. Non contrahit tutore authore. D. 58. thes. 23. num. 7. Possessionem quandoque sine tutore acquirit. num. 8. Nec cum tutoris authoritate confiteri potest. D. 55. thes. 7. num. 3. De rebus suis nihil alienare potest. D. 7. th. 13. n. 3. Ex delictis non obligatur, nec pœnam aliquam incurrit. D. 12. th. 18. num. 5. seqq. A patre tamen castigari potest. num. 8. Velle non potest. D. 139. th. 14. n. 2. Non multum a furioso distat. ib. Hominem occidens non tenetur. ib.

Infantes ut omnes tum doli, tum culpæ incapaces peccasse intelligantur, crudele est. ibid. Baptizati quæ a patrinis accipiunt munera, *das Paten-Geld*, ad quodnam peculium sint referenda? D. 148. tit. 1. §. 5. th. 5.

INFANTIA.

Infantiæ proximus quoad negotia civilia parum ab infante distat. D. 55. th. 7. num. 4. Confiteri potest cum tutoris authoritate. ibid. Quandoque tamen ex hac confessione in integrum restituitur. num. 5.

INFANTICIDIUM.

verſæ valetudinis in manibus habere dicitur. D. 124. th. 21. n. 10.

de Medici culpa in curatione admiſſa ex Medicorum judicio & conſilio ſtatuendum eſt. D. 57. p. 1. c. 2. th. 7. n. 10.

Medico ut eventus mortalitatis non imputetur, quæ requirantur? p. 2. c. 1. th. 6. n. 17. Protelanti morbum ægroti non tantum nullum debetur ſalarium, ſed & extortum auferendum. D. 124. th. 48. n. 2. Et pœna afficiendus. ib.

Medicum advocare in diſcreta voluntate ægrotis permittendum non eſt. D. 57. p. 1. c. 2. th. 6. n. 9. Se profitens, qui tamen medicinæ ſcientiæ ignarus, relegatione, quandoque fuſtigatione punitur. p. 2. c. 1. th. 6. n. 18.

Medici an veniant nomine militum togatorum? D. 13. th. 33. n. 13. 14. In cauſis ad medicinam ſpectantibus in conſilium ſunt adhibendi. D. 57. p. 1. c. 2. th. 6. n. 1. & th. 7. Qui nudi ſunt empirici, errones, circumforanei male audiunt. th. 6. n. 2. Quomodo examinandi & eligendi? n. 4. Quot conſulendi, & an a partibus eligendi? th. 7. n. 13. Quatenus ex ſua imperitia teneantur? p. 2. c. 1. th. 6. n. 10. ſeqq. Si ægrotum ſanant, & accipiunt certum ſalarium, an recidentem in priſtinum morbum pro eodem ſalario curare debeant? D. 124. th. 21. n. 6. 7. 8. 9. Non poſſunt durante morbo cum infirmis de honorario paciſci, aut ſibi de pignore proſpicere. n. 12. Pauperibus gratis mederi tenentur. n. 13. Quod per imprudentiam commiſerunt, iis imputari debet. n. 2. Tres facies induunt, tempore neceſſitatis urgentis faciem Angeli, illa pauliſper remittente hominis; & demum in totum finita, Dæmonis. n. 11.

Medicorum ſalaria gaudent tacita hypotheca cum prælationis privilegio. th. 40. n. 4. Inter ſumptus funeris numerantur. ibid. In unaquaque civitate certus numerus conſtitutus eſſe debet. D. 57. p. 1. c. 2. th. 6. n. 3. Conſilium JCti ſæpius attendere debent. th. 7. n. 4. ſeqq.

Medicis vel chirurgis pro ſalute quod pacto promiſſum, non valet, D. 29. th. 4. Pro curatione & conſilio ſuo debetur condignum honorarium ſ. ſalarium. D. 124. th. 21. n. 1. Et quidem non niſi in fine curæ. n. 13. Licet ægrotus ſine illorum culpa mortuus. n. 2. Aut ſalarium medico dare prohibuerit. n. 3. Aut abſque liberorum evolutione prompte conſilia & remedia dederint. n. 5. Salarium non debetur ſi ſanitatem ægroto promiſerint, & is mortuus fuerit. n. 4. Eventus mortalitatis imputari non debet. n. 2.

Medicaſtri e civitate relegandi & illorum opera utentes puniendi ſunt. D. 57. p. 1. c. 2. th. 6. n. 8. ſeqq.

Medicina Judæorum Chriſtiani uti prohibentur. th. 7. n. 3.

MEDIOLANENSIS.

Mediolanenſis Dux an ſit ſub Imperio? D. 164. th. 53.

MEDITATIO.

Meditatio clavis veritatis eſt. D. 104. p. 1. c. 2. th. 6. n. 3.

MEDIUM.

Media via judicatur commodiſſima. D. 6. th. 1. n. 5.

Mediam viam ſæpius JCti ſunt ſecuti. D. 64. th. 5. n. 4.

MEMORIA.

Memoriam habere omnium & in nullo peccare, divinitatis magis, quam humanitatis eſt. D. 52. th. 5.

MENDACIUM.

Mendacium multis in caſibus leges civiles

les puniunt. D. 15. th. 52. n. 5. D. 16. th. 14. n. 2. D. 82. th. 25. n. 1.

MENDAX.

Mendax precator carere debet impetratis. D. 24. th. 2. n. 3. D. 113. th. 35. n. 7. Et si improbiore mendacio usus, puniri etiam. D. 24. th. 2.

Mendaces leges semper maximo odio prosequuntur. D. 15. th. 52. n. 2. Regulariter in dolo esse præsumuntur. n. 4.

MENS.

Mens dicentis semper prior & potentior est, quam vox. D. 111. th. 23. n. 10. Et voluntas etiam verborum proprietati merito est præferenda, ubi aliunde de alia promittentis mente constat. n. 9.

MENSIS.

Mensis quid? D. 138. c. 3. art. 6. th. 1. n. 4. Ejus Etymologia, Homonymia, Paronymia n. 1. 2. 3, Naturalis solaris quid? n. 6. 7. Lunaris quid? ibid. Civilis quid? n. 8. Appellatione spatium XXX. dierum denotatur. D. 61. th. 15. n. 8. D. 91. th. 13. n. 4. 5. 6. Limitatur. D. 61. th. 15. n. 9.

pro Mense quando XXX. vel XXXI. dies computandi? D. 138. c. 3. art. 6. th. 1. num. 4.

Mensibus sex tantum quod distat, non videtur distare. th. 2. n. 6.

MERCATOR.

Mercator quid? D. 100. th. 1. Est, qui per institores agunt. th. 19. Non fuit Abrahamus, nec Salomon. th. 18. Ut quis habeatur ad hoc non est opus ut plures actus exerceantnr, sed sufficit unus vel alter. th. 21. De jure potest esse filiusfamilias; secus de consuetudine. th. 39. Minor læsus de jure potest in integrum restitui th. 46. An consuetudine? ibid. Magnam vim mercium domi habens, a satisdatione judicio sisti liberatur. th. 66. Mercatori obligans pignus & idem illud alteri si postea obliget & tradat, hic potior. th. 77. Si duas exerceat tabernas, creditores unius tabernæ ad alteram non admittuntur, nisi prius creditoribus ejus tabernæ sit satisfactum. th. 78. Novat, delegat, acceptum fert, fidejubet, contrahit, obligat & liberat nudo pacto. th. 87. An petere possit usuras usurarum? th. 106. Carius vendit, quam alius. th. 135. Ad vendendum cogi potest. th. 151. Socius, qui se lucratum negat, id probet. th. 166. In suo libro non nomen cambium accipientis scribit, sed mandantis, s. qui cambium scripsit. th. 175. An eodem signo, quo alius utitur, uti possit? th. 310.

Mercatoris exteri bona si capta, & ille pendente lite, nil habeat, unde vivat, alimenta ipsi ex illis bonis dantur. th. 321. Hereditas, qui heredem non habet, an cedat collegio? th. 75.

Mercatori spoliato dominus territorii, cui solutum est vectigal, damnum tenetur resarcire. th. 58. Objici potest exceptio non factæ interpellationis, quod scil. principalem creditor non interpellavit. th. 125.

in Mercatore quomodo interesse probandum? th. 101.

Mercatores de Jure Civili libros rationum edere non tenentur. D. 28. th. 20. Quid de consuetudine? ibid. Quid si sint rei? ibid. Si cancellaverint rationes suas, solutio inde præsumitur. D. 17. th. 67. Inter se invicem non habent beneficium excussionis. D. 15. th. 53. Qui sint & qui non sint? D. 100. th. 7. & th. seqq. Forenses ut non accedant, stante statuto a legatis tamen sub suo salvo conductu adduci possunt. th. 29. Forenses de jure expelli nequeunt, quamvis aditu prohiberi possint. th. 30. An Principes & Nobiles esse possint? thes. 33.

Poſſunt eſſe minores, ſed immobilia ſine decreto alienari nequeunt. th. 45. Arma ligata & ad evaginationem libera in itinere portare poſſunt. th. 53. Ab hoſpitando exempti non ſunt. th. 55. Novis vectigalibus onerari nequeunt. th. 56. Poſſunt eſſe judices. th. 65. Socii, ſi omnes ſimul mercaturam exerceant, an in ſolidum obligentur? th. 152. Beneficium diviſionis non habent. th. 157. Si cui dent chirographum debitoris, ejus exactionem in dubio mandaſſe intelliguntur. th. 170. Si debita ſua & credita in libris rationum invicem e regione contraſcribant, pro compenſatione non habetur. th. 209. Forenſes, ſi fides de pretio habita, conveniri non poſſunt, niſi in loco domicilii, vel habeant tabernam in loco contractus. th. 275. Pro perſonis miſerabilibus habentur earumque privilegiis gaudent. th. 281. Conventi, an libros ſuos edere compellantur? th. 303. An integros, vel tantum paginam in qua illa ratio continetur, de qua quæritur? th. 304. An inſtrumenta edere compellantur præter librum rationum? th. 305.

Mercatorum libri pro ſcribentibus ſemiplene probant. D. 28. th. 20. Privilegia occurrunt in jure civili? D. 100. th. 3. Sunt perſonalia. th. 4. Libris quænam præſcriptio præſtituta? th. 64. Legatis omnia nomina legata cenſentur. th. 70. Conſules habent aliqualem jurisdictionem & delinquentes coercere & candens ferrum inurere maxillis & perpetuo relegare. th. 271. Statuta an ſine expreſſa ſuperioris confirmatione valeant? th. 273. Abſentia eſt favorabilis, hinc reſtituendi, licet procuratorem relinquere potuerint. th. 276. Curia agit ſummarie. th. 282. In Curia exceptio perjurii, ſi mercator ſe ſoluturum juraverit, effectum non habet, modo ſolvere non potuerit. theſ. 283. Probatorio termino elapſo, teſtes & inſtrumenta produci poſſunt. th. 284. An requiratur plena probatio? theſ. 285. Libri ut ſemiplene probent, quid requiratur? th. 286. ſeqq. & th. 298. Solum in negotiis mercaturæ probant. th. 290. 291. Etiam defunctorum pro ſcribentibus contra alios plene non probant. D. 64. th. 33. n. 1. Jure Hamburg. & aliorum locorum ſtatutis morte mercatorum confirmati plene probant. n. 2. 3. 4. Quæ ſumma debeat eſſe, ut probent? D. 100. th. 292. 293. 294. Pro tertio & contra tertium an probent? th. 295. An probatio admittatur in contrarium? th. 296. An pro parte acceptari, pro parte rejici poſſint? th. 297. An contra clericos probent? th. 299. Mutari & contraſcribi non poſſunt. th. 302. Carere debent omni cancellatione & correctione. ibid. Ut edantur, an poſſint compelli mercatores? th. 303. An integri, an tantum pagina, in qua ratio continetur? th. 304. Edi debent in loco negotiationis. th. 306. Si ſemel edidit, an compelli poſſit, ut rurſus edat? th. 307. Adverſaria non probant. th. 300. A libris mercatorum ubi differunt, libris ſtandum. th. 301. Poſſunt mutari & contraſcribi. th. 302. Signa an dominium probent? th. 308. Sigilla probant citra ſubſcriptionem, ſi conſtet mercatorem ſigillaſſe. th. 309. An eodem ſigno, quo alias utitur, uti poſſit? th. 310. Coram conſulibus reconveniri poteſt, qui mercator non eſt. th. 319. In Curia nec appellatio locum habet, nec ſi appelletur, effectum habet ſuſpenſivum. th. 333. Cauſas an ad ſe trahere poſſint Eccleſiaſtici? th. 272.

Mercatoribus inducere eſt debitorem ſuum alteri delegare. D. 17. th. 3. n. 2.

De

De jure extrinſecum intereſſe male tribuitur. D. 100. th. 104. Permiſſum corpus habere collegii. th. 269. Quid ſit complementum? D. 129. theſ. 50. num. 4.

inter Mercatores locum habet exceptio non numeratæ pecuniæ. D. 43. th. 15. An locum habeat beneficium ordinis? D. 129. th. 66. n. 5. 6. An alterum tantum obtineat? D. 100. th. 108. Quomodo fines mandati obſerventur? th. 169. Obligat ſimplex commendatio. th. 172. Quænam delegatio uſitata? th. 183. Confeſſio abſente parte facta probat. th. 318. Per procuratorem arreſtum impetrari poteſt. th. 320.

cum Mercatoribus, licet ipſis mercatoribus ſui ſint dati judices, tamen ordinarius concurrit in ipſis cauſis mercaturæ, ita ut præventioni ſit locus. th. 270. Quis adeundus, ſi cum conſulibus mercatorum litigandum mercatori? ibid. Quid ſi conſules ſint negligentes? ibid.

MERCATRIX.

Mercatrix SCto Vellejano de jure gaudet. D. 100. th. 48. Sed non conſuetudine. ibid. An poſſit eſſe in judicio procuratrix? th. 51. Cedere poteſt bonis, uti & incarcerari. th. 240.

MERCATURA.

Mercatura quid? D. 100. th. 2.

Mercaturam exercentes philoſophi privilegia amittunt. th. 35. An prohibeantur exercere Doctores & Clerici? th. 34. 36. Exercere non poſſunt Magiſtratus. th. 38.

in Mercaturam an de jure major fortunarum pars ſit collocanda? th. 20.

MERCES.

Merces quid? D. 156. ∫. 1. th. 28. n. 1. In contractu locationis conductionis tantum in pecunia numerata conſiſtere poteſt. n. 2. Debet eſſe vera, non ſimulata. th. 29. n. 1. 2. Certa. th. 30. Juſta, quatenus? th. 31. Intra biennium non ſoluta juſta cauſa eſt, propter quam locator conductorem ante tempus expellere poteſt. th. 39. n. 1. In tantum nec efficaciter debetur, in quantum uſus rei impeditur. ∫. 2. th. 12. num. 2. Debetur pro uſu rei percepto, & ſic ſucceſſive. ibid. Remittenda ob ſterilitatem vel ſimilem calamitatem quando vel non, & in quantum? th. 18. & ſeqq. Non remittenda, ſi fructuum pretium admodum decreverit. th. 26. Non remittitur ob ſterilitatem, ſi emptor rem emptam, donec pretium ſolvatur, conduxerit. th. 30. & ∫. 2. th. 16. n. 3. Ob emergentem majorem ubertatem ab initio conventa non augetur. th. 3. D. 19. th. 58. Integra an debeatur, mortuo locatore operarum? D. 156. ∫. 2. th. 44. Conventa an nihilominus integra ſolvenda, ſi quis pro vectura navis ad certum locum certam promiſerit mercedem navi adverſa tempeſtate repulſa? th. 46. Quando ſit ſolvenda in locatione rerum. ∫. 3. theſ. 4. Quando in locatione operarum? th. 5. Certa ſi in compenſationem operarum nuncio promittitur, locatio conductio eſt. D. 107. th. 11. n. 4. Surrogatur in locum fructuum. D. 155. §. 1. th. 22. n. 3. Ad illum pertinet, ad quem pertinent fructus, pro quibus illa præſtatur. ibid. n. 4. Cui debeatur vinea locata ſi alteri fuerit vendita? theſ. 23. Cui debeatur ædibus locatis venditis? th. 24.

Mercedis remiſſio ob ſperatam ubertatem non ſuſpenditur. D. 156. §. 2. th. 27. n. 3. Præcedenti anno facta ob ſequentis anni fertilitatem reſolvitur. n. eod. Limitatur. ibid.

Mercedem requirit locatio conductio. D. 107. th. 11. n. 7.

in Mercede solvenda locatori, qui alias res illatas concludere & retinere potest, biennium servatur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 3. n. 1.
sine Mercede nulla locatio esse potest. D. 156. §. 1. th. 28.
Mercedes pro liberis communibus datæ, si inter conjuges est societas, sociali debito annumerantur. D. 4. th. 25. n. 4. Famulis & ancillis debitæ gaudent moribus nostris in concursu creditorum singulari prærogativa & prælationis privilegio. D. 101. th. 37. D. 59. th. 5. n. 3. D. 66. th. 93. num. 1. seqq. D. 65. thes. 20.
Lied-Lohn vocabulum non extenditur in materia prælationis *auf anderer Handwercks-Leute Verdienst*. D. 66. th. 93. num. 5.
Verdienter Lohn schreyet vor GOtt im Himmel. D. 16. th. 22. num. 3.

MERETRIX.

Meretrix turpiter facit, sed non turpiter quæstum accipit. Disp. 145. tit. 5. §. 1. th. 5. num. 1. An promissam sibi mercedem exigere possit? num. 2.
Meretrici stuprum non infertur. D. 65. th. 64.
Meretricem per vim cognoscens pœna mortis non punitur. ib. Secus de Jure Electorali Saxonico. num. 3.

MERX.

Merces navis levandæ causa jactæ manent dominorum suorum. D. 147. tit. 2. th. 10. num. 2. Naufragio ad litus expulsæ dominorum permanent. D. 116. th. 113. Si professæ sint, licet vectigal non solvatur, non cadunt in commissum. D. 100. thes. 62. Mercatori petenti missæ, mittuntur periculo ejus, licet de pretio non conventum. th. 63. Non continentur legato usufructu omnium possessionum. th. 69. Alienas qui in tempestate projicit, ut servet suas, non tenetur. th. 323.

MESSIS.

Messium privilegia etiam ad illos, qui circa rem rusticam non sunt occupati, extensa sunt. D. 64. th. 14. num. 4.

METALLUM.

In Metallum qui ad certum tempus damnatus est, sine certi tamen temporis præfinitione, in eo decennium servatur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 4. n. 4.
Metalla non sunt thesauri. D. 135. th. 11. num. 3.
Metallorum fodinæ in fundis privatis repertæ ad dominos prædiorum proprietatis jure pertinent. num. 3. 4. Secus hodie quoad mores nostros. num. 5. Venas si quis in fundo, justo pretio empto invenerit, non locum habet querela enormis læsionis. D. 154. tit. 5. §. 1. th. 18. num. 1. Fodinæ pertinent ad regalia. D. 135. th. 11. num. 5. Jura ad thesauros non extendenda sunt. ib.
Metalla hodie nemo privata authoritate nec in proprio effodere potest. ibid.
Metallicæ partes, *die Berg-Theile*, quæ vulgo Kuckus appellantur, bonis immobilibus accensentur. D. 110. *th. 12.* num. 3.
Metallicas partes, si quis pretio eo tempore secundum communem æstimationem justo emerit, & brevi temporis spatio exinde triplo majorem sit consecutus, non locum habet querela enormis læsionis. D. 154. tit. 5. §. 1. th. 17.
Metallici proventus s. reditus, *Ausbeute*, patri, qui usumfructum habet in bonis adventitiis, non pleno jure acquiruntur, sed eorum proventuum ususfructus tantum acquiritur. D. 110. th. 12. num. 3. D. 140. th. 28. num. 4. Finito patris usufructu liberis restituendi. ibid.

METATA.

Metatorum jus pertinet ad illum, cujus eſt ſuperioritas. D. 159. c. 6. th. 64. n. 2. Sumptus, *die Einquartirungs-Koſten*, conductor repetit a locatore. D. 156. §. 2. th. 37.

ad Metata an contribuere debeant pro rata exemti? D. 159. c. 6. th. 64. n. 3.

Metatorii ſumptus muneribus patrimonialibus adjungendi ſunt. D. 3. th. 28. num. 2. Si quis iisdem gravatus, refuſionem petere poteſt. num. 3. Si iisdem totius regionis ſalus quæſita, competit auxilium Legis Rhodiæ. n. 6.

METROPOLITA.

Metropolita quis? D. 79. c. 6. num. 56.

METUS.

Metus an contractum nullum reddat? D. 58. th. 32. num. 3. Si fuit juſtus, qui in conſtantem etiam virum cadere poteſt, tunc ceſſante illo periculo, jure ipſi opponitur, quod non verecunde in pace petat, quod in bello repudiavit, vel tantilli æſtimavit, & vendidit. D. 33. theſ. 2. Non ulterius progrediatur, quam reperiatur delictum. D. 111. th. 39. num. 5. Eſt contrarius voluntati. D. 139. th. 7. num. 3.

Metui compulſionique ſimilis eſt perſuaſio. num. 4.

Metum ſi plures intuliſſent, & unus rem vel æſtimationem ſolviſſet, a reliquis ſoluti partem poſtulare non poteſt. D. 3. th. 11. num. 6.

Metu initus contractus ipſo jure valet. D. 53. th. 41. S. cauſam dederit contractui, ſ. non. ibid. Hoſtis venientis, e. gr. vinum minoris vendens, fruſtra ex cauſa metus reſtitutionem petit. D. 33. th. 2. Licet ſit læſus ultra dimidium. ibid. Extorta voluntas dicitur diverſo reſpectu violenta & ſpontanea. Diſp. 139. th. 7. num. 3. Geſta negotia regulariter ipſo jure valent & indigent reſciſſione. ibid.

vid. Actio quod metus cauſa.

MEUS.

Meum eſt quod alii mea contemplatione conceditur. D. 140. th. 17. n. 4. Eſt, quod jure dominii ad me pertinet, & vindicare poſſum. D. 104. p. 1. c. 2. th. 10. n. 2.

inter Meum & mihi debitum eſt differentia. ibid.

MILES.

Miles absque teſtibus ſola ſcriptura tum demum hodie valide teſtari poteſt, ſi in ipſo conflictu & prælio conſtitutus. D. 110. th. 7. n. 3. Si vero in caſtris duo ad minimum teſtes debet adhibere. ibid. In dubio ſemper præſumitur capere & expendere mutuum in cauſas caſtrenſes. n. 4. Pro debito incarcerari nequit. n. 6. Etiam in foro Saxonico. ibid. Adverſario expreſſe volente non poteſt eſſe procurator in rem alienam. D. 120. th. 22. n. 3. D. 139. th. 5. n. 2. Bene tamen in rem ſuam. D. 120. th. 22. n. 3. Niſi ſit in aliquo officio conſtitutus & ſic potentior. num. 4. Valide agit, adverſario litis conteſtatæ tempore contra eum non excipiente. D. 139. th. 5. n. 2. In quantum per occupationem bellicam ſibi acquirat? D. 130. th. 24. n. 3. ſeqq. Si alium caſtrenſium rerum, alium cæterarum ſcripſiſſet heredem, quaſi duorum hominum duæ intelliguntur hereditates. D. 136. th. 11. n. 3. An poſſit eſſe mercator? D. 100. th. 37. Qui in bello arma amiſit, vel alienavit, capite punitur. D. 160. th. 7. num. 11.

Militi an noceat, ſi fore Princeps, cui ſervit, dira dominandi libidine bellum gerat? D. 165. th. 102. Qui prius occupavit, cedunt & acquiruntur res hoſtium irrevocabiliter etiam duce belli

non

non dividente. D. 110. th. 5. n. 3. Secus si dux belli captus, quem belli officialibus accepto præmio offerre tenetur. ibid. Aut si immobilia aut quæ his annumerantur, capta. ibid. Aut si ea, quæ devictis hostibus occupantur. ibid. In bello creditoris chirographum occupanti non competit jus exigendi debitum, neque debitor ei solvere potest. D. 130. th. 24. Licet ipsa creditoris persona simul ab ipso capta fuerit. n. 5. Vel debitor vi coactus ipsi militi debitum solverit. n. 9. Nisi sit debitor certæ speciei. n. 10. Vel creditor chirographum militi loco lytri pro sua liberatione dederit. n. 11. Quæ omnia in Instrumento Pacis Osnabrug. aliquatenus mutata sunt. n. 12.

Militem non facit non miles. D. 160. th. 12. n. 2.

Milite intestato mortuo, nullisque legitimis heredibus relictis ad læsionem s. vexillationem, sub qua militabat, an pertineat peculium castrense? D. 110. th. 6. n. 3.

Milites præsidiales sumptibus domini, non civitatis alendi. D. 159. c. 6. th. 60. n. 2. Nostri temporis an gaudeant privilegio, ut ne quidem renunciantes pro alio fidejubere possint? D. 83. th. 19. n. 5. seqq. Quæ in viis publicis, urbibus & pagis, ausu temerario privato, subditis & incolis per vim & rapinam surripiunt, an cedant castrensi peculio? D. 110. th. 5. n. 3. Stationarii & limitanei an & quando jure militari testari possint? th. 7. n. 3. Justitiæ s. togatæ militiæ non gaudent jure testandi jure militari. th. 10. n. 2.

Militum privilegiis gaudent milites stationarii. D. 13. th. 24. n. 4. Illi qui tempore pacis præsidiarii sunt. n. 5. Vasalli. n. 6. Equites. n. 7. Quando ex consuetudine personæ illustres? th. 35. n. 7. Non gaudent nobiles, qua nobiles. n. 3. Milites circumforanei. th. 24. n. 10. Calones, pueri exercitum sequentes. n. 11. Togatorum nomine etiam veniunt Theologi, Medici & Magistri. th. 33. n. 14.

MILITIA.

Militia a patriæ potestatis nexu liberos non liberat. D. 110. th. 7. n. 2. Jura vero patrisfamilias ei dum vivit e. gr. testamenti factionem activam & liberam peculii castr. dispositionem irrogat. ib.

Militiæ justum tempus quod civilium munerum vacationem præstat, est viginti annorum. D. 138. c. 3. art. 7. thes. 5. num. 4.

MINOR.

Minor 14. annis torqueri nequit. D. 138. c. 3. art. 7. th. 4. n. 8. *Major factus* alienationem illegitime factam ratihabere potest. D. 8. per tot. Licet res ab ipso minore sine curatoris consensu nulliter sit vendita. th. 7. & 15. 16. Aut alienatio in pupillari ætate sit facta. th. 8. Aut sine causæ cognitione, quam silentium quinquennii sanare *dicitur*. th. 9. Tacite non censetur ratihabere alienationem a curatore proprio nomine factam. th. 18. Vel a lege ob usurariam pravitatem vel similem rationem prohibitam. ibid. Vel si dolus emptoris intervenerit, nec illius scientiam habeat minor. th. 19. Ratihabendo alienationem, illa non jure præscriptionis sed tacitæ ratificationis valet. thes. 20. Nec h. tacitam ratificationem impedit, quod emptor sciverit, alienationem ab initio nulliter esse factam. th. 28. Si per quinquennium tacuerit, alienatio fit valida, quod quinquennii tempus est continuum. th. 21. Et currit post 25. ætatis annum completum, etsi antea veniam ætatis impetraverit. th. 22. Quando

do currere incipiat in Foro Saxonico? th. 23. De Jure Hamburgensi? ibid. De Jure Würtembergico? ibid. Nec refert, an minor ante 25. ætatis annum contraxerit matrimonium. ibid. Currit a tempore scientiæ. th. 24. Hoc quinquennii tempus interrumpitur quacunque querela, etiam extra judicium coram amicis vel vicinis facta. th. 25. Si tacuerit per triennium, ejus heres habet adhuc biennium, & si minor, currit illud a tempore, quo major factus. th. 26. Alienationem ratihabens contra alienationem nullam habet actionem, nec restitutionem in integrum. th. 27. Habet tamen remedium L. 2. C. de Resc. vend. ibid. Donationem simplicem ratihabet inter præsentes per decennium, & inter absentes per vicennium. th. 29. 30. Si se obligaverit & ex nulla justa causa pœniteat, cessant quoque pœnæ arrhales. D. 11. th. 160. Curatorem non habens pro sorore dotem valide promittit. D. 87. p. 2. m. 1. th. 6. n. 22. Læsus mercator de jure restitui potest. D. 100. th. 46. An consuetudine? ibid. Qui repudiavit hereditatem, in integrum restituitur. D. 53. th. 46. Licet illa ab alio fuerit distracta. ibid. Ut restituatur, læsionem probet. D. 33. th. 8. D. 53. th. 47. Limitatur. ibid. Contra præscriptionem 30. vel 40. annorum non restituitur. D. 53. th. 49. Restituitur etiam juris Doctor, qui citra juris ignorantiam deceptus. D. 33. th. 9. Non restituitur contra matrimonium. th. 10. Restituitur dolo deceptus, etsi ipse se dolo malo majorem dixerit. th. 11. Contra venditionem sub hasta fiscali factam non restituitur. th. 15. Secus si ob privata debita pignora, licet publice fuerint distracta. ibid. Non restituitur contra solutiones sibi ex Judicis decreto factas. th. 16. Non potest esse tutor honorarius. D. 137. th. 17. Etsi ætatis veniam impetravit. n. 6. Curatorem habens sine ejus consensu alienando & solvendo nihil agit. D. 130. th. 5. n. 1. Secus si non habeat curatorem. n. 2. An h. distinctio in praxi quid operetur? n. 4. Per solutionem læsus restituitur. n. 3. An possit esse procurator? D. 131. th. 53. An Syndicus? ibid. Non potest propria negotia etiam extrajudicialia absque curatore administrare. n. 4. Quam vendidit, in re repetenda ab eo qui major factus, quinquennium servatur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 3. n. 3. A locatione & conductione contracta regulariter recedere nequit. D. 156. §. 1. th. 16. n. 2. An & quatenus hypothecam constituere possit? D. 158. tit. 1. th. 39.

Minoris quæ sunt, rerum ad alienationem decretum judicis requiritur. D. 139. th. 11. n. 6. Restitutio contra tertium malæ fidei possessorem indistincte porrigitur. D. 53. th. 48. Secus contra bonæ fidei possessorem. ib. Quid si suum consequi non possit? ibid. Restitutio sua facilitate lapsi non prodest regulariter fidejussori. D. 33. th. 12. Præscribitur quadriennio, quod nec post 25. ætatis annum currit læsionem ignoranti. th. 17. In restitutione locum habet temporis computatio naturalis. D. 138. c. 3. art. 1. th. 4. n. 2.

Minori per curatoris constitutionem bonorum suorum administratio adempta est. D. 74. th. 19. n. 9. Criminaliter accusato ut curator adsit non est necessarium. D. 118. th. 7.

contra Minorem currere non incipit biennii præscriptio ratione querelæ non numeratæ pecuniæ. D. 142. §. 3. th. 22. n. 5. Quid si hic majori succedat, & præscriptio sit inchoata? ibid.

Minores possunt esse mercatores, sed im-

mobilia sine decreto obligare non possunt. D. 100. th. 45. De Jure Civili inviti curatores accipere non compelluntur. D. 137. th. 17. n. 2. Secus hodie. n. 3. Sacramentum superiori præstare debent. D. 131. th. 20. th. 3. An ad constitutionem Syndici convocandi? th. 20. n. 2. seqq. Testamenti factionem habent, etiam non consentiente curatore. D. 133. th. 6. Sine curatorum consensu non habent legitimam personam standi in judicio. n. 2. Limitatur. n. 3. 4. Cum curatorum suorum consensu compromittentes læsi restituuntur in integrum. D. 10. th. 16. n. 7. Sine curatorum consensu alios sibi, sed se aliis non obligant. D. 58. th. 24. n. 2. Sunt, qui 25. ætatis nondum impleverunt. D. 7. th. 5. n. 1. Ne quidem cum judicis decreto donare possunt. th. 10. n. 2. Sed majores facti res donatas intra longum tempus a quocunque possessore vindicant. n. 2. Omnia, nisi quæ specialiter prohibentur, alienare possunt. th. 26. Habent jus res suas alienandi, licet illud non semper per se exercere possint. th. 12. Primæ ætatis qui? th. 13. Secundæ ætatis non habentes curatorem, soli valide res suas alienant. n. 5. Curatorem habentes. ejus consensum adhibere debent. ibid. Rem non rite & legitime alienatam vindicant. th. 38. n. 2. Non restituuntur in integrum contra pactum præjudiciale majoris partis creditorum a tutoribus vel curatoribus illorum factum. D. 60. th. 14. n. 6. Regulariter non habent personam standi in judicio in propria persona. D. 64. th. 9. n. 1.

Minorum jure quæ universitates utantur? D. 131. th. 88. num. 3. seqq. Rebus sine judicis decreto titulo lucrativo alienatis in revocandis a majore facto, inter præsentes decennium locum habet. D. 138. c. 3. art. 7. th. 4. num. 4. Et pupillorum consilium multorum insidiis expositum est. D. 7. th. 1. Tutores & curatores ad divisionem sine justa causa & legitimo decreto provocare prohibentur. th. 43. n. 4. Bona donari possunt, si illud suadeat vel pietatis vel æquitatis ratio. th. 11. num. 3. Vel insignis illorum utilitas. ibid. Bona alienando potestas quandoque tacite aliis concessa censetur. th. 16. num. 2. Bonorum alienatio quæ? th. 6. num. 1. Est vel necessaria vel voluntaria. th. 7. Sincera & bona fide peragenda est. th. 27. Et ex justa ac necessaria causa. th. 28. Ad quod Curatores in Ducatu Wirtembergico se juramento obstringunt. num. 5. Justa ac necessaria alienationis causa quæ? th. 29. Est æs alienum. ibid. Undecunque illud veniat. num. 3. Licet creditor solutionem non urgeat. num. 2. Præter æs alienum sunt aliæ similes & majores causæ. th. 30. Ut dos & donatio propter nuptias. num. 5. Causa alimentorum & studiorum. num. 7. 8. Talis non est sola utilitas. th. 31. Probanda est. th. 32. Si decretum a judice sub- & obreptitie impetratum, alienatio ex *isto* decreto nulla est. th. 32. num. 2. *Facienda* est post diligentem *causæ cognitionem*. thes. 33. Quod in Academia Tubingensi tutores jurant se facturos. num. 2. Quid hic in causæ cognitionem veniat? th. 34. Judex tutoribus & curatoribus hic nimium credere non debet. num. 6. Judex æstimare debet an res mobilis potius sit vendenda, an obliganda? th. 35. Propter modicum æs alienum magna possessio vendenda non est. num. 2. Domus parentum, ubi minor educatus, ultimo loco distrahenda est. num. 3. Absque sufficienti causæ cognitione interposita decreta nulla sunt. num. 4. 5. D. 8. th. 9. Fit post decretum judicis. D. 7. th. 36.

Quod

Quod tutoribus præcise sequendum est. num. 2. Judex quis hic sit competens? th. 37. D. 96. th. 24. Hodie talis est vi ordinariæ jurisdictionis. D. 7. th. 37. num. 5. Requirit dictas solennitates, sive bona ad illos jure dominii vel quasi, ficti vel veri, pertineant. thes. 39. Secus est in pignore, quod minor possidet. num. 4. Modo sint immobilia, vel mobilia, quæ servando servari possunt. th. 40. 41. Neque hic excipiuntur molendina, & alia bona juxta flumen sita. th. 40. num. 4. 5. Nec refert, an vere vel ficte res solo cohæreant. num. 6. Ut mancipia rustica, annui reditus. ibid. Quid si actio alternative vel ad fundum vel ad pecuniam competat? num. 7. Licet res immobiles ab ipsis minoribus alienentur. th. 42. D. 8. th. 13. Aut ipsi veniam ætatis impetraverint. D. 7. th. 42. num. 2. D. 8. th. 12. Observandas ab omnibus tutoribus. D. 7. th. 42. num. 3. A patre, qui gerit curam filii. num. 4. Secus si sit tantum legitimus administrator peculii adventitii. num. 5. Ex quacunque causa fiat alienatio. th. 43. Non requirit dictas solennitates, si tales res sint quæ commode servari non possunt. th. 44. Sic pecunia sine decreto in alium transferri potest. th. 44. num. 4. 5. Hic tamen res congruo tempore vendenda est. num. 6. Nec Tutor eas in alium locum, ubi plus valent, necessario mittere debet. num 7. 8. Si defunctus permiserit alienationem. th. 45. Licet testamentum, in quo alienatio permissa, postea irritum esse appareat. num. 2. Secus si defunctus tantum illas res venales habuerit, nec ut distrahantur, testamento caverit. num. 3. Hinc & mercatorum filii sine decreto nequeunt res, quæ servari possunt, alienare. num. 4. Si ex dispositione juris certæ rei alienatio ob specialem causam est necessaria. num. 5. Sic si minoris socius major 25. annis provocet ad divisionem. num. 8. Si pignus, quod minor hereditario jure accepit, vel ipsi demum constitutum, sit distrahendum. num. 9. Si Decretum Principis intervenerit. num. 10. An hic excipiatur alienatio, quæ fit per mortis causa donationem? num. 11. Illegitima convalescit, si minor major factus alienationem ratihabuerit. thes. 46. Vel si tacuerit. ibid. & Disp. 8. Quoad minorem tantum nulla est. D. 7. th. 47. Interim tamen periculum rei minus legitime alienatæ spectat ad emptorem. num. 4. A tutore, qui res suas evictionis nomine obligavit impugnari non potest. th. 48. Licet sit minoris hæres. num. 2. Legitime si facta, dominium in accipientem transfertur. th. 49. Minor tamen læsus restituitur. num. 3.

Minoribus & pupillis subvenire, ad publicam pertinet curam. th. 2.

MINORENNITAS.

Minorennitas in masculo inchoatur ex tempore quindecim annorum. D. 138. c. 3. art. 7. th. 4. num. 9. In fœminis inchoatur ab anno 13. num. 7. In quibusdam locis octodecim annis terminatur. th. 5. num. 3.

MISERABILES PERSONÆ.

Miserabiles personæ adversarios suos etiam citra juramentum perhorrescentiæ statim præterito inferiore judice, ad superiorem evocare possunt. D. 94. th. 7. & 37. Quod & in Camera Imperiali observatur. th. 37. 38. 39.

pro Miserabilibus personis habentur mercatores, earumque privilegiis gaudent. D. 100. th. 281.

MISERICORDIA.

Misericordiæ intempestivæ ductu si quis aliquid facit, quod facere non licet, culpam latam committit. D. 146. tit. 6. §. 4. th. 4. num. 3.

MISSA.

Missæ ad repetitionem unus dies non admittit eundem sacerdotem. D. 138. c. 3. art. 4. th. 4. num. 1.

MISSIO IN POSSESSIONEM BONORUM.

Missio ex L. fin. C. de Ed. D. Hadr. toll. non est decernenda, si instrumentum totum cancellatum, nec adhuc de cancellatore constet. D. 17. th. 7. n. 6. & th. 13. n. 6. Si legatum tantum cancellatum, peti potest. th. 15. n. 5. & th. 48. num. 4. Non vero si heredis nomen inconsulto deletum. thes. 22. num. 5. Nisi inconsulta cancellatio ex ipso testamento probetur. num. 6. Ex primo decreto est actus Imperii mixti. D. 101. thes. 2. Qui a mandatario fieri potest. ibid. Non vero a Judice pedaneo & magistratu municipali. ibid. Hodie tamen municipales possunt. ibid. Novo jure in realibus in possessionem rei controversæ; in personalibus actionibus tantum pro quantitate debiti & secundum ordinem L. 15. de Re jud. fieri solet. th. 7.

Missio ex secundo decreto, prævia causæ cognitione decernitur, si debitor cautionem de lite suscipienda neglexerit, nec expensas refuderit, & creditores fraudandi animo contumaciam continuaverit, & hoc modo missus verus possessor efficitur. th. 13. Non decernitur creditoribus conditionalibus. th. 14. Transfert possessionem, reo salvo petitorio. th. 17. Interdum concedit potestatem vendendi. ibid. Interdum dominum efficit.

Missionis in possess. decretum non extenditur ultra territorium. th. 3. Ex secundo decreto effectus pro diversitate causæ diversus est. D. 131. th. 67. n. 3. 4. 5. An primum & secundum decretum, figmentum saltem sit Doctorum? D. 101. th. 1.

Missioni ex secundo decreto impedimento est exceptio dilatoria. th. 15. Ætas pupillaris. th. 16. Furor & prodigalitas. ibid.

Missionem in possess. summaria causæ cognitio præcedat. th. 4. Ex primo decreto non impedit pupillaris ætas. th. 6.

Missus ex primo decreto neque civiliter neque naturaliter possidet. th. 8. Pignus prætorium consequitur. thes. 9. Tantum tenetur de damno, dolo vel lata culpa dato. thes. 10. Creditor a possessione recedere tenetur, si debita intra legitimum tempus cautionem de lite suscipienda præstat & expensas refundit. th. 11. Cujus tempus de Jure Canonico est annuum. th. 12. In reali per lapsum anni veram & immutabilem illius rei possessionem acquirit. D. 138. c. 3. art. 7. th. 2. num. 2. *Si reus intra annum veniat, & contumaciam præstita cautione judicio sisti & restitutis expensis purgat, eam recuperat.* ib.

Mittuntur ex primo decreto etiam illi, quibus aliquid sub conditione debetur. D. 101. th. 5.

MITIGATIO POENÆ.

Mitigatio pœnarum, ubi jus aggratiandi, annumeratur Regalibus. Disp. 6. th. 4. num. 3. Causa cognita & non temere exercenda est. th. 5. num. 1. Et bene prospiciendum, ne ex gratia fiat injuria. ibid.

Mitigare pœnam capitalem in mitiorem Judex inferior non potest. th. 4. num. 3. Nisi per viam justitiæ. ibid. Ex commisera-

miſeratione ætatis. ibid. Aut ſi pœna ex illius civitatis ſtatutis veniat imponenda. ibid.
Mitigatur pœna ob diutinam incarcerationem. D. 61. th. 20. num. 4. ſeqq.

MIXTUM IMPERIUM.

Mixtum Imperium quid? D. 26. th. 1.
Mixti Imperii poteſtas ad inferiorem pertinet jurisdictionem. n. 8.

MOBILIS.

Mobilis res quæ? D. 7. th. 25. Talis eſt pecunia prædiorum emptioni deſtinata vel ex prædii venditione redacta. n. 3. Res quæ commode ſervari poteſt vel non, quæ? theſ. 41. num. 2. & th. 44. num. 3. Sunt fructus pendentes. D. 76. th. 11. num. 4. 5.
Mobilium rerum uſusfructus conſtitui poteſt. D. 9. th. 25. num. 6. 7. Regulariter nullum eſt poſtliminium, ab hoſtibus tamen recuperatæ an & quando reſtituendæ? D. 118. th. 98.
Mobile immobili cohærens immobile judicatur. D. 7. theſ. 21. num. 3. D. 76. th. 11. num. 3. Diſp. 125. c. 2. theſ. 4. num. 2.
Mobilia ab hoſtibus capta an & quomodo reſtituenda? D. 54. th. 49. Sunt quæ? D. 125. c. 2. th. 15. D. 128. c. 4. theſ. 41.
Mobilium vox comprehendit etiam pecuniam numeratam, *die Baarſchafft*. D. 111. th. 58. num. 10.
Mobilibus annumerantur proventus, vulgo *Ausbeute*, qui ex partibus metallicis jam percepti. D. 125. c. 2. theſ. 4. num. 1. Nomina & actiones pro rebus mobilibus competentes. th. 14. n. 2.
Mobilia omnia bona legans, an merces legaſſe cenſeatur? D. 100. theſ. 71. Ut maritus lucretur, ſtante ſtatuto, ſi mulier negotiata fuerit, an merces lucretur? th. 72. Ut mulier lucretur, ſtante ſtatuto, an pecunia in cambium collocata etiam veniat? th. 176.
in Mobilibus obſervantur jura loci, in quo illarum dominus vel creditor habet domicilium. D. 104. p. 3. num. 13. Etiam quando agitur de concurſu & prælatione creditorum. ibid. Tacita reconductio locum habet. D. 156. §. 1. th. 8. num. 9.

MODUS.

Modus a conditione differt etiam in ultimis voluntatibus. D. 118. th. 67. Non facit conditionem. D. 106. concl. 34. D. 139. th. 18. num. 4. Quid? Diſp. 139. th. 18. num. 4. Quomodo differat & conveniat cum conditione? ibid.
Sub Modo quicquid promiſſum vel legatum, pure debetur, & ſtatim peti poteſt. D. 29. th. 13. D. 139. th. 18. n. 4. Cui aliquid relictum, non ſemper cavere tenetur legatarius. D. 118. th. 68. D. 139. th. 18. n. 4.
Modale legatum & conditionale differunt. D. 97. th. 18.

MOENIA.

Mœnia maximum Civitatibus ornamentum addunt, & hoſtibus inſtar lupati ſunt, quo æſtus & furor eorum retardetur. D. 103. c. 2. th. 1. num. 5.

MOLENDINUM.

Molendina alata pnevmatica, *die Wind-Mühlen*, rebus immobilibus accenſentur. D. 7. th. 22. num. 5. D. 52. th. 46. D. 125. c. 2. th. 8. num. 2. Ædibus juncta, *die Waſſer-Mühlen*, ad immobilia referuntur. D. 7. th. 22. num. 6. D. 52. th. 45. D. 125. c. 2. th. 9. Ut & navalia, *die Schiff-Mühlen*. Diſp. 7. th. 23. num. 6. D. 47. th. 45. Quid de eorum rotis & inſtrumentis dicendum? D. 125. c. 2. th. 9. Ruſticis ædificiis parum recte annumerantur. Diſp. 158. tit. 2.

tit. 2. th. 58. num. 2. & th. 80. In aquis natantia, ad certum locum destinata, in feudum dari possunt. D. 118. th. 118. In flumine privato quilibet extruere potest. D. 86. thes. 6. Ampliatur. ibid.

ad Molendinum suum ire, domini subditos non cogere possunt. D. 159. c. 6. th. 44. num. 3. Nisi in bannariis aut si subditi pareant per 30. annos, vel sic pactum. num. 4. 5. 6.

MOMENTUM.

Momentum moriendi cui sit adscribendum vitæ, an morti? D. 138. c. 3. art. 1. th. 2. num. 3. Nato libertatem tribuit. num. 4.

Momenti Etymol. Homonym. & Paronymia. thes. 1. num. 1. 2. 3. Quando habeatur ratio vel non? th. 2.

in Momento temporis quæ consistunt, s. in actibus momentaneis, pro perfecto non habetur id, quod intra terminum non perficitur. num. 10. Si aliquid faciendum, quando hoc fieri debeat? th. 3. num. 1. 2.

MONACHUS.

Monachus hereditat. ascendentium nondum aditam non transmittit ad monasterium. D. 88. th. 19. num. 4. 5. Si adjectus sit obligationi, quid juris? D. 161. th. 9. num. 2. Servo in plerisque æquiparatur. ibid. Dominium rerum auth. ingressi. C. de Ep. & Cler. aut peculiare quid obtinere non potest. ibid.

Monachi in multis cum servis conveniunt. D. 134. th. 20. num. 4. An possint esse testes in testamento? ibid. Et Moniales singulis mensibus Eucharistiam suscipiunt. D. 138. c. 3. art. 6. th. 2. num. 1.

ad Monachos, qui monasterio, ratione monasticæ potestatis, quam monasterium vel Abbas in eos habent, acquirunt, an accommodari possint ea, quæ de servorum peculio in jure nostro traduntur? D. 110. th. 2. num. 3.

in Monachis an & quando locum habeat actio de peculio? D. 148. tit. 1. §. 6. th. 6. num. 2.

MONASTERIUM.

Monasterium universa bona illorum, qui illud ingrediuntur, ipso jure acquirit. D. 136. th. 19. num. 2. Et in illud quoque actiones tam active quam passive transeunt. ibid.

MONETA.

Moneta alia pro alia invito creditori solvi nequit. D. 166. th. 120.

Monetæ bonitas sive extrinseca, sive intrinseca sit mutata, regulariter in solutione ad tempus contractus respicitur. D. 67. th. 3. D. 63. th. 5. num. 10. D. 130. th. 27. num. 2. seqq. Secus de Jure Wirtembergico. D. 67. th. 3. n. 2. 3. Cudendæ jus alteri locari nequit. D. 156. §. 1. th. 18. num. 4.

Monetam falsam cudentem adjuvans, eadem pœna plectitur. D. 139. th. 9. n. 8. Falsam fabricantibus si dominus *sciens* domum elocavit, illa fisco *acquiritur*. D. 85. c. 3. th. 7. n. 5.

Monetas cudendi in jure concedendo Imperatores cauti fuere. D. 159. c. 6. th. 56. num. 3.

MONOPOLIUM.

Monopolium rerum venalium licite princeps exercet tempore necessitatis. D. 100. th. 32.

MORA.

Mora in collatione dotis non contrahitur sine interpellatione. Disp. 77. p. 1. th. 41. num. 5.

Moræ non omne annumeratur, quod differen-

ferendi causa, optima ratione fit. D. 75. th. 63. num. 7.

Moram in solvendo facere non videtur is, a quo propter justam exceptionem pecunia male petitur. Disp. 82. thes. 28. num. 12.

in Mora quandocunque uterque est, posterior est damnosa. D. 154. tit. 6. §. 1. th. 8. num. 3. Modo prior non fuerit dolosa. ibid.

MORATORIUM.

Moratorium unde ita dicatur, & quomodo alias vocetur? Disp. 16. thes. 1. 2. Quid? th. 3. Concedunt Imperatores & alii superiorem non recognoscentes. th. 4. Rex Romanorum. num. 3. Vicarii Imperii. num. 4. Principes Germaniæ in suis Provinciis. num. 6. 7. 8. Civitates Imperiales. num. 9. Ab Imperatore concessum contra omnes creditores in quocunque Imperii territorio valet. n. 12. 13. Secus si a Principe tantum concessum. num. 12. Quatenus hodie per Recessum Imper. noviss. concedendum? num. 14. Creditor debitori suo concedere potest. n. 15. Cur introductum? th. 5. Si petatur, quomodo libellus formandus? th. 6. Non concedendum ratione illius debiti, quod inopiam & calamitatem debitoris antecessit, vel recenter contractum est. num. 12. Petens, cautionem præstare debet. th. 7. D. 82. th. 3. n. 6. Quæ cautio nondum ab usu recessit. D. 16. th. 7. n. 4. seqq. Nec censetur remissa in concessione sub forma amplissima. num. 8. An expresse a judice remitti possit? num. eod. A creditoribus petenda est. th. 8. Limitatur. n. 2. Cautio pignoratitia quandoque admittitur. th. 9. Vel juratoria. num. 2. Si concedendum, diligens causæ cognitio præcedere debet. th. 10. Quandoque pro informatione ad Magistratum loci adscribitur. n. 10. Datur debitoribus sine dolo & culpa sua obæratis. th. 11. S. sint mercatores, s. non. num. 2. Universitatibus, Collegiis. th. 12. Universitati datum singulis de illa Universitate contra suos creditores non prodest. num. 7. Non datur decoctoribus, qui dolo & sua culpa in paupertatem inciderunt. th. 13. Illis qui creditoribus debitum repetentibus ab initio dolose illud denegarunt. th. 14. Fugitivis vel fugæ accingentibus. th. 15. Fidejussoribus. th. 17. Si debitori concessum, an fidejussores, durantibus hisce induciis, exceptione Ordinis sese contra creditores defendere possint? thes. 17. num. 2. seqq. Contra quosvis creditores. th. 18. 19. Debitum fiscale & Regium. th. 19. n. 2. Limitatur. num. 4. Ecclesiam, vel pias causas. th. 20. Æque pauperem, pauperioremve. th. 21. Opifices, mercenarios, seu operarios mercede conductos. th. 22. Debitum pupillare. th. 23. Limit. n. 4. 5. Depositi repetit. th. 24. Commodati, precarii & pignoris repetitionem. th. 25. Debitum dotis. th. 26. Limitatur. num. 3. Debitum alimentorum. thes. 27. Limitatur. num. 3. Debitum ex venditione rerum comestibilium in foro venalium, in quotidianum usum. th. 28. Pensiones & locationes rerum & fructuum. th. 29. Debitum ex delicto. thes. 30. Debitum post impetrationem rescripti contractum vel de recenti factum. th. 31. Limitatur. num. 3. Debitum quod cum extero & transeunte contractum est. th. 32. Debitum juratum. th. 33. Nisi in rescripto inserta clausula, Juramento non obstante. num. 2. Expressam & specificam hujus beneficii renunciationem. th. 34. Limitatur. num. 2. An illis concedendum qui partim sua culpa, partim vi majori ad lapsum adigun-

guntur? th. 13. num. 4. Est beneficium personale. th. 16. In heredes non transit. num. 2. 3. 4. Limitatur. n. 5. Quamdiu duret? th. 35. An Princeps ultra quinquennium extendere & concedere possit? th. 35. num. 9. seqq. Si in quinquennium concessum, a tempore insinuationis currere incipit. th. 36. Limitatur. num. 4. 5. 6. Iterato quandoque concedi potest. num. 7. An cesset, debitore ante concessum tempus dilationis ad pinguiorem fortunam reverso? th. 38. Si debitor impetravit, durante eo, neque ratione sortis, neque usurarum a creditoribus interpellari potest. th. 39. Non extinguit usuras, sed earum exactionem tantum differt. num. 4. seqq. Si datum, durante illo, præscriptio adversus creditores non currit. th. 40. Semel concessum non excludit beneficium cessionis. th. 41. Habens debitor, interea temporis contra suos debitores valide experiri potest. th. 42.

Moratoria ex gratia solus concedit Imperator. D. 100. th. 210. Ex justitia causæ etiam judices possunt concedere. th. 211. Partim de jure partim de consuetudine non dantur contra Principem, fiscum, minores, æque pauperes, mercenarios, pias causas, dotem, alimenta, sumptus studiorum, funeris & Medicorum. &c. &c. th. 216. An dentur contra debita jurata? th. 217.

Moratoriis an possit renunciari? th. 228.

in Moratoriis requiritur, ut preces veritate nitantur. th. 212.

de Moratoriis præscriptionibus s. induciis quinquennalibus. v. D. 138. c. 3. art. 7. th. 3. num. 3.

vid. Dilatio Moratoria. Induciæ.

MORBUS.

Morbus de proximo superveniens in dubio ex eadem causa reversus præsumitur. D. 124. th. 21. num. 9.

MORES.

Mores quos quis in se probat, in aliis reprobare nequit. D. 73. th. 35. num. 1.

MORGENGABA.

Morgengaba quid? D. 75. th. 49. n. 2. Hodie consuetudine approbata est. num. 3.

MORI.

Moriens salutis æternæ immemor non præsumitur. D. 55. th. 23. num. 2. D. 64. th. 33. num. 3.

Morientis voces supremæ magnum pondus habent. D. 55. th. 23. num. 2.

Moriendo nemo fit pauperior, cum eo instanti fit nullus. D. 74. th. 25. num. 2.

MORS.

Mors est vel civilis vel naturalis. D. 74. th. 1. Naturalis regulariter intelligitur, quando aliquid promittitur in casum mortis. num. 4. Donationi mortis causa additur per modum conditionis. th. 2.

Mortis supplicio nunquam punitur parricidium ex sola culpa, etiam latissima, commissum. D. 116. th. 111. *In Articulo* qui dicatur esse? D. 98. th. 19. num. 3. & th. 20. 21. An qui in expeditione belli, aut navigant, aut in loco, ubi pestis est, vivunt? th. 19. n. 4. In Articulo constitutus non præsumitur immemor salutis æternæ. thes. 20. num. 6. Non præsumitur animi consilium habere. th. 21. num. 3.

Morti, an vitæ sit adscribendum momentum moriendi? D. 135. c. 3. art. 1. th. 2. num. 3.

ad Mortem quatenus volentes in causis criminalibus condemnentur? Disp. 96. th. 32. num. 4. 5.

MORTUARIUM.

Num quartam Mortuariorum habeat executor testamentarius Episcopus? D.79. c. 10. num. 5.

MULCTA.

Mulcta cedit fisco. D. 85. c. 3. thes. 12. Hodie est fructus jurisdictionis. num.2. Sæpius inter fiscum & partem læsam dividitur. num. 3. Quid si non tota pœna a reo solvi possit, an & pars veniat dividenda? num. 3. 4. Ex Germaniæ consuetudine est de fructibus jurisdictionis. Disp. 159. c. 6. thes. 48. num. 2.

Mulctæ oblatio etiam ante Judicis sententiam infamat. D. 53. th. 24. Violentiorem admissi criminis præbet suspicionem quam transactio. ibid.

Mulctam remittere in præjudicium condomini non licet. D. 159. c.9. th. 19. num. 2. Sed in suum. num. 3. Imponere an quis in condominio sine altero possit? th. 17. num. 3.

Mulctæ & confiscationes bonorum fructus & reditus jurisdictionis censentur. D. 128. c. 4. th. 13. num. 6.

MULIER.

Mulier sine curatoris consensu non obligatur. Disp. 15. th. 41. num. 5. Nec contrahere potest. D. 32. th. 6. Quoad extrajudicialia procuratrix in tantum esse potest, ut negotia ab ipsa gesta in præjudicium domini mandantis subsistant. ibid. Quoad dotem repetendam habet hypothecam qualificatam s. cum privilegio personali conjunctam, cui jure civili etiam anterior expressa hypotheca cedit. D. 101. th. 29. An sponsa eodem gaudeat privilegio? th. 30. In quo extra causam societatis se cum marito, omnis contractus & obligatio efficax non est. D. 128. c. 5. th. 8. num. 6. Limitatur. ib. Non censetur renunciasse societati conjugali, si omnia sua bona vendidit ei, cui postea nupsit. c. 6. th. 1. num. 4. In Judicio testimonii dicendi jus habet. D. 134. th. 22. num. 1. Non vero in testamento. ibid. Ne ex imbecillitate sexus conditionem suam faciat deteriorem, ubi metuendum non est, ibi curatoris adsistentia non est necessaria. D. 133. thes. 7. num. 4. Quæ invito & inscio marito extra domum pernoctat, præsumptionem commissæ vel committendæ turpitudinis contra se habet. D. 138. c. 3. art. 3. thes. 2. num. 1. Ultimo supplicio damnata, post partum 40. dies servanda. art. 4. thes. 4. num. 13. Majorennis secunda vice pro extraneo intercedens valide obligatur & amittit SCti Vellejani beneficium. D. 139. th. 6. num. 4. 11. Ex jurata intercessione valide obligatur. num. 11. Sine consensu curatorum nec in, nec extra judicium agere vel se obligare potest moribus Saxonicis. th. 11. num. 5. Potest negotiari, licet maritata, tam de jure Civili, quam statutario. D. 100. th. 47. Mercatrix Scto Vellej. de jure gaudet non consuetudine, ita ut ne renunciari quidem sit opus. th. 48. Nomine mariti negotians, illi acquirit, & ipsa ut institrix tenetur. thes. 49. Si cum marito negotiatur, acquirit & tenetur ut socia, tam de jure, quam statutis. th. 50. Si sola negotietur, sola sibi acquirit, & sola tenetur. thes. 51. Mercatrix an possit esse procuratrix? th. 52.

Mulieris quoad jura paria sunt maritum mori aut bonis cedere. D. 123. th. 12.

Mulieribus qui hodie dantur curatores ad lites, nec ipsi absentibus fœminis illarum causas in judicio tractare, nec ad hoc actorem vel procuratorem constituere valent. D. 32. th. 5.

Muliebris verecundia domesticæ curæ finibus

nibus muliebre ministerium includit. D. 137. th. 15. n. 7.
v. Fœmina, Uxor.

MUNUS.

Munus oculos sapientum obcœcat, & verba justorum pervertit. D. 107. th. 62. n. 15.
Munera patrimonialia indicendi potestas an competat Nobilibus immediatis? D. 116. th. 102.
Muneribus patrimonialibus quæ invitis imponuntur, tutela annumeratur. D. 137. th. 36. n. 3.
a Muneribus accipiendis qui se temperant, prudenter faciunt. D. 107. th. 62. n. 15. Civilibus non liberant anni sexaginta quinque, licet quis tres liberos habeat. D. 138. c. 3. art. 7. th. 6. n. 10. Bene tamen septuaginta. n. 11.

MURUS.

Muros qui violat capite punitur. D. 52. th. 49. Etiam municipiorum. D. 19. thes. 18. Ut & qui ascendit. D. 52. th. 49.

MUTATIO.

Mutatio momentanea primam rei naturam non immutat. D. 138. c. 3. art. 1. th. 2. n. 14.

MUTIANA CAUTIO.

v. Cautio Mutiana.

MUTUS.

Mutus & surdus ex causa facti omnia negotia peragere possunt, in quibus sermone vel auditu opus non est, sufficiente consensu. D. 78. th. 8. n. 8.
Muti stipulationis contractum celebrare nequeunt. D. 139. th. 13. n. 11.

MUTUUM.

Mutuum quid? D. 142. §. 1. th. 1. n. 2. An dividi possit in naturale, civile & mixtum? th. 2. n. 1. An in verum & præsumptum? ibid. An in gratuitum & fœneratitium? n. 2. An in expressum & tacitum? n. 3. Fit consensu. th. 3. num. 1. Et rei traditione. th. 4. num. 1. Etiam ficta. th. 5. n. 1. 2. Quando contrahatur nomen cedendo petenti mutuam pecuniam? th. 5. n. 3. 4. 5. Non contrahitur ultra datum. th. 4. n. 2. Qui dare possint? th. 6. An minores? n. 3. An mulieres? n. 4. Dare non possunt provinciarum præsides. th. 7. n. 1. Secus de jure Nov. ibid. Dari potest per alium, nuncium sc. & procuratorem. th. 7. n. 2. q. c. illi, cujus nomine datur, obligatio & actio immediate acquiritur. ibid. Ampliatur. n. 3. Accipere qui possint? th. 8. n. 1. Quatenus pupilli, minores, prodigi? n. 2. Accipere non potest filiusfamilias. th. 9. D. 58. th. 24. num. 2. Quod extendere videtur Jus Würtemb. D. 58. th. 25. n. 2. Adolescenti luxurioso pecuniam perdituro, scienter danti repetitio non competit. D. 142. §. 1. th. 9. Plures accipientes quomodo obligentur? th. 10. n. 1. Per Procuratorem accipiens ipse solus, cujus contemplatione datum, efficaciter obligatur. num. 2. Accipiens ipsa civitas vel illam repræsentans obligatur. th. 8. n. 2. Si administratores acceperunt, tunc demum civitates obligantur, si creditor probet, pecuniam in utilitatem civitatis versam esse. th. 8. n. 3. Mulier accipiens quatenus in Ducatu Würtemb. obligetur? n. 5. Impedit error. th. 3. n. 2. Metus. n. 3. Non contrahit, alienos nummos, sine domini consensu suo nomine credens. th. 13. n. 2. Nisi b. f. consumpti, ubi mutuum convalescit. ibid. Contrahit propriam pecuniam alieno nomine credens, ubi statim illi, cujus nomine data est, actio acquiritur. num. 4. Distinguitur a commodato quomodo? thes. 15. num. 1. seqq. A permutatione?

tione ? num. 4. Accipiens ad quid obligetur ? theſ. 16. num. 1. Per rei acceptæ interitum, etiam caſualem non liberatur. ibid. Eandem rem, quam accepit, in ſpecie, ſi vult reſtituere, poteſt. n. 2. Limitatur, ſi nummi accepti poſtea publica authoritate eſſent in totum reprobati. n. 3. Ampliatur. ibid. Aut ipſe certam nummorum ſpeciem ſe reſtituturum promiſit. n. 4. An nummos in ead. forma & materia reddere teneatur? th. 17. Rem mutuam in eod. genere reſtituere debet. th. 18. n. 1. Et quidem ejusdem quantitatis & bonitatis. n. 2. Mutata pecuniæ bonitate ad tempus contractus reſpiciendum. n. 3. In eadem quantitate & qualitate licet æſtimatio interim fuerit mutata. th. 19. n. 1. Niſi debitor in reſtituendo moram admiſerit. n. 2. Aliud pro alio, invito creditore ſolvere nequit. th. 18. & th. 20. n. 1. Contrahentes ab initio, ſalva mutui ſubſtantia, convenire non poſſunt, ut res eadem in ſpecie reſtituatur. th. 16. n. 2. Conveniri poſſunt ut res mutuo data in alia qualitate & bonitate reſtituatur. th. 20. n. 1. Niſi hoc fiat in fraudem legis uſurariam pravitatem prohibentis. ibid. Ab actore probandum eſt. th. 22. n. 1. Cujus quantitas quandoque juramento actoris probatur. n. 2. Non eſt, re fungibili ea lege mutua data, ut eadem in ſpecie reſtituatur. D. 43. th. 1. Re ea lege data, ut accipiens vel tantundem vel ejus æſtimationem reſtituat. th. 2. Valet, ut pro vino albo rubrum &c. reſtituatur. th. 4. Modo non incidat in uſurariam pravitatem. ibid. Quæ accipit proprio nomine, civitas, efficaciter obligatur. th. 9. Etſi pecunia in ejus utilitatem verſa non probetur. ibid. Vel ſtatim illam Principi ſuo vel aliis iterum mutuam dederit. th. 10. Secus eſt, ſi alieno nomine acceperit. theſ. 12. Qui dat adoleſcenti ſciens perdituro, non repetere poteſt. th. 14. Niſi eandem habeat ſalvam. ibid. Secus eſt in majore. ibid. Niſi hic in certum turpem uſum mutuum a ſciente acceperit. ibid. An valide contrahere poſſint filii propter dignitatem a patria poteſtate liberati? D. 118. th. 28. Vocabulum quid & quotupliciter? D. 103. c. 2. th. 5. Naturali traditionis actu perficitur. c. 4. th. 5. n. 4. Sui natura eſt contractus gratuitus. c. 3. th. 8. Sæpe tamen ſtipulatione uſuræ accedunt. ibid. Dare de peculio caſtrenſi vel quaſi, & adventit. irreg. filiusf. poteſt. D. 109. th. 23. n. 4. Sed non accipere propter SCtum Macedonianum. th. 26. In cauſas caſtrenſes expendere & capere in dubio miles ſemper præſumitur. D. 110. th. 7. n. 4. Non eſt contractus δίπλευρος. D. 115. th. 3. Se accepiſſe ſcribenti filio pater ex templo non contradicens agnoviſſe videtur. D. 139. th. 13. n. 9. Contrahi poteſt, ſi creditor debitorem ſuum juſſerit, dare pecuniam illi, qui mutuum ab ipſo rogavit. D. 104. p. 1. c. 3. th. 4. n. 2. Licet recte contrahatur, tamen conſenſum etiam requirit. th. 7. n. 2. Si pater egens accipiat, & liberis alimenta præſtet, an creditori contra liberos propria bona habentes competat in ſubſidium remedium L. 32. ff. de R. C. p. 2. c. un. th. 21. num. 2. Convaleſcat quando, aliena pecunia mutuo data? D. 43. th. 7.

Mutui ad formam parum recte refertur traditio pecuniæ. D. 115. th. 5. Loco ut ſit exacta pecunia, ſi quis nomen alicui cedat, illa non prius mutua, quam debitum exactum. D. 104. p. 1. c. 2. th. 10. n. 9.

in Mutuum qui dat decem, ut novem recipiat, quid debeatur? D. 43. th. 5. Aut viginti florenos, ut 21. poſt annum

num reddantur? th. 6. Dato frumento creditori invito non poteſt reddi pecunia. th. 3. & 8. Dantur res fungibiles. D. 142. §. 1. th. 11. & 12. Dantis creditoris propriæ. th. 13. n. 1. Cujus dati nummi ipſo domino ignorante & invito, dominus qua actione experiatur? n. 3.

per Mutum transfertur dominium, ita, ut accipiens rem in genere reſtituere poſſit. th. 14. D. 15. th. 49.

ex Mutuo an civitas teneatur, quod ad Cameram Principis eſt translatum? D. 117. th. 27. ſeqq. Obligantur, qui generali mandato rebus adminiſtrandis aliquem præpoſuerunt, quod Procurator domini loco accepit ob negotiorum, quibus præpoſitus neceſſitatem. D. 103. c. 3. th. 18. n. 2. Etſi pecunia non fuerit in utilitatem domini verſa. ibid. Efficaciter obligatur filius dignitate a patria poteſtate liberatus. D. 115. th. 7. Ut alicui actio contra accipientem quæratur, ſufficit, quod illius nomine pecunia ſoluta, & mutuum contractum, etſi pecunia aliena fuerit, modo dominium in accipientem tranſierit. D. 104. p. 3. n. 20. Præſumpto non oritur literarum obligatio. D. 142. §. 2. th. 1.

in Mutuo non conſideratur a quo & cui ſit pecunia ſoluta, ſed qua mente & quo propoſito, & cujus contemplatione. D. 103. c. 4. th. 5. n. 4. Jure Civili nullæ debentur uſuræ. D. 142. §. 1. th. 23. n. 2. Nec ex mora. D. 67. th. 1. Niſi in ſtipulationem deductæ. D. 142. §. 1. th. 23. n. 2. Secus de moribus noſtris, ubi etiam ex pacto & mora debentur, ut & Jure Würtemb. D. 142. §. 1. th. 23. n. 3. D. 67. th. 1. n. 2. ſeqq. Si quis quincuncibus uſuris non contentus ſed majus intereſſe probare velit, hoc facere poteſt. D. 67. th. 1. num. 5. v. Condictio ex mutuo.

N.

NARRATA.

Narratis ſupplicationum quoad effectum decernendi proceſſus regulariter creditur. D. 84. th. 71. n. 2. Secus eſt in cauſis L. diffamari. ibid.

NATURALE.

Naturale quod eſt, & quidem extrinſecum in contractibus ex partium conventione recipit mutationem. D. 111. th. 20. n. 1. Except. eſt in dote. n. 3. ſeqq. Et doli præſtatione. n. 1.

Naturalia expreſſe adjecta negotium non mutant. D. 15. th. 22. n. 8.

NATURALES LIBERI.

Naturales liberi ex concubina nati quandoque ſuccedunt patribus. D. 68. p. 4. th. 15. n. 1. Tales non ſunt ex ſoluto & ſoluta nati. n. 2. Qui tamen pro talibus Jure Würtemberg. habentur. num. 3. v. Liberi.

NAUFRAGIUM.

Naufragium probant nautæ, qui naufragium paſſi. D. 100. th. 313.

Naufragio merces ad litus expulſæ *dominorum* permanent. D. 116. th. 113.

Naufragorum bona fiſcus ad ſe trahere nequit. D. 85. c. 3. th. 19. n. 2. 3. 4.

NAVIGATIO.

Navigationes in flumine prohiberi poſſunt. D. 159. c. 9. th. 41. n. 2.

NAVIS.

in Navem rebus illatis, illæ nautarum cuſtodiæ commiſſæ cenſentur. D. 105. th. 19. n. 5. Licet expreſſe de eo nihil actum fuerit. ibid.

Navium creditores non collocantur in hypothecariorum claſſem. D. 59. th. 26. 27.

27. In favorem multa privilegia concessa sunt. ib. th. 24.

NAUTA.

Nautæ dolus vectigal non solventis non nocet mercium domino. D. 100. th. 60. Dolus domini non nocet. th. 61. Qui publicæ annonæ vehendæ causa serviunt, non solvunt vectigal. D. 166. th. 152. sq. Quinam dicantur? D. 105. th. 1. Si rem pignori datam vel commodatam accipiunt, actione de recepto non tenentur. th. 24. n. 3. Aliquid recepisse censentur, non tantum si res in suam custodiam receperunt, sed & si illas in navim inferri passi sunt. th. 26. n. 1. Licet expressa & specifica assignatio non intervenerit. n. 2. Exactissimam præstant diligentiam. th. 33. n. 6. Non tenentur si casu fatali aut vi majore res periere. th. 37. n. 4. 5. Quod ipsi probare tenentur. th. 38. n. 1. Quoad res receptas de levissima culpa tenentur. num. 3.

Nautis an & quatenus competat actio in factum, si ipsis furtum vel damnum factum? th. 65. n. 2.

a Nautis ad aurigas recte infertur. th. 33. num. 2.

v. Actio in factum. Actio de recepto.

NECESSITAS.

Necessitatis causa quæ fiunt, in omni dispositione excepta videntur. D. 7. th. 45. n. 6. D. 76. th. 43. n. 2.

Necessitate cogente aliquid faciens ad sui conservationem, licet exinde damno afficiatur proximus, excusatur a dolo. D. 3. th. 2. n. 5. & th. 8. n. 3.

in Necessitatibus nemo liberalis esse videtur. D. 122. th. 8. n 3. th. 22. n. 3.

NEGATIO.

Negatio per indirectum probari potest. D. 82. th. 5. n. 6.

Negationis per rerum naturam nulla est probatio. D. 55. th. 16. n. 2. Simplicis confessio valida est. n. 3.

NEGLIGENTIA.

Negligentia communi quod perit, æqualiter omnium spectat periculum. D. 14. th. 23. n. 4.

NEGOTIATIO.

Negotiationem exercens uxor, marito sciente, hic exinde obligatur. D. 4. th. 75. Limitatur. n. 4.

NEGOTIORUM GESTIO.

Qui ex justa causa aliquid impendit, etiamsi contrarius eventus sequatur, illud a domino repetere valet. D. 3. th. 7. n. 2.

NEGOTIORUM GESTOR.

Negotiorum gestor tantum de levi culpa regulariter tenetur. D. 53. th. 39. D. 115. th. 12. Repetit usuras pecuniæ solutæ. D. 120. th. 36. n. 8.

Negotiorum gestoris actus ratus habendus, si probabilem habuit rei agendæ rationem. D. 53. th. 40. D. 103. c. 2. th. 8. n. 3. Etsi exitus non feliciter responderit? ibid.

Negotiorum gestori an debeatur salarium pro tempore, quo negotium gessit? D. 124. th. 25. Creditoris solvi non potest, ita ut debitor liberetur. D. 130. th. 16. n. 1. Nisi ex postfacto ratihabitione domini interveniente. n. 2. Ratihabitione pendente an debitor solutum repetere possit? n. 3.

in Negotiorum gestore, etiam privato, non eventus, sed probabilis rei gerendæ ratio spectatur, ita ut hac ratione nihil intersit inter Reip. administratorem & negotiorum gestorem. D. 32. th. 15. D. 103. c. 2. th. 8. n. 5.

v. Actio negotiorum gestorum.

NEGOTIUM.

Negotium quid in jure denotet? D. 104. p. 1. c. 2. th. 7. num. 1. 2. 3. Ad horæ quadrantem exigi potest. D. 138. c. 3. art.

art. 2. th. 2. n. 2. Pro ſe geſtum ratum videtur habere, qui centum diebus tacet. art. 4. th. 4. n. 18.

Negotii natura magis eſt conſideranda, quam verba conſtitutionis. D. 107. th. 39. n. 12.

Negotia publica ut & perſonarum privilegiatarum, & miſerabilium an in Eccleſia peragenda? D. 131. th. 23. n. 2.

NEMO.

verbum Nemo eſt ſignum univerſale negativum. D. 64. th. 14. n. 2.

NEPOS.

Nepotes legitimi in præmortui filii locum ſuccedunt, & illum repræſentant. D. 98. th. 31. num. 2. Filiorum appellatione quandoque comprehenduntur. D. 109. th. 9. n. 4. Regulariter ſecus eſt. ibid.

NESCIENTIA.

Neſcientia quid? D. 139. th. 20. num. 3. Contrariatur voluntati. ibid.

NIMIUM.

Nimium quod eſt, illud vitioſum eſt. D. 9. th. 47. n. 3. Omne vertitur in vitium. ibid.

NOBILIS.

Nobilis jurisdictionem habens propriis actis teſtamenta & donationes inſinuare poteſt. D. 25. th. 15. Diverſorium aut popinam, quam in ſuo diſtrictu habuit, in alium locum ejusdem diſtrictus transferre poteſt. D. 105. th. 5. n. 6. Etiam invito & contradicente vicino Nobili. ibid. Salva dignitate Syndicus & Procurator eſſe poteſt. D. 131. th. 51. n. 4. In civitate morans, an ad illius ſtatuta ſit obligatus? D. 104. p. 3. n. 12.

Nobiles Imperii immediati quoad ditiones ſuas liberas, iisdem juribus utuntur ac cæteri Imperii Status. D. 61. th. 8. n. 5. Cum civitatibus Imperialibus comparantur. ibid. Poſſunt in territoriis ſuis, quantum Imperator in Imperio. n. 6. Obtinent jura Principis. n. 7. Majore libertate fruuntur, ac Comites & Barones Auſtriaci. num. 8. Non ſunt Status Imperii. D. 6. th. 3. n. 5. D. 61. th. 8. n. 1. D. 85. c. 2. th. 5. n. 2. Habent ſuperioritatem territorialem. ibid. D. 159. c. 5. th. 19. num. 2. Mediati circa leges abrogandas nihil poſſunt. D. 61. th. 9. Ab Equitibus distinguuntur. D. 13. th. 35. n. 2. Qua Nobiles non gaudent privilegiis militum. n. 3. Ne quidem per factores ſ. Inſtitores mercaturam exercere poſſunt. D. 54. th. 14. Ob ſuſceptum procuratoris officium dignitate non privantur, D. 32. th. 7. Melius faciunt, conjuges nobilitate pares ſibi eligentes. D. 98. th. 18. n. 2. An olim fuerint Status? D. 159. c. 5. th. 18. n. 2. Gaudent beneficio conſtitutionis de Pace Religioſa. n. 3. Immediati jus cudendæ monetæ habere poſſunt. c. 6. th. 56. n. 2. Ut univerſi Legatos mittere poſſunt. th. 69. n. 2. In Gallia unde dicantur Gentils-hommes? D. 167. th. 5.

Nobilium privilegio an Doctor gaudeat? D. 160. th. 12. n. 24. Filii habent nobilitatem non jure hereditario, *ſed ex* primæva conceſſione. D. 59. theſ. 45. num. 5.

Nobilibus debentur ampliora alimenta quam plebejis. D. 13. th. 51. n. 6. Immediatis an competat poteſtas munera patrimonialia indicendi? D. 116. th. 102. ad Nobiles immediatos pertinet *die Landshohe Obrigkeit*. ibid.

inter Nobiles & ignobiles jus eſt connubii. D. 98. th. 18. n. 2.

Nobilitandi jus an dominis territorii competat? D. 159. c. 6. th. 32. n. 2.

NOBILITAS.

Nobilitas per fœminas an transmittatur? D. 165. th. 5.

Nobi-

Nobilitatis privilegia contulisse utrum creditur, si Princeps Nobilem quempiam nominaverit, vel ei scripserit, ut Nobili? th. 123. Sub titulo tam nobilis in specie, quam omnes majores dignationis nobiles veniunt. D. 160. th. 12. n. 7. Privilegium an reale vel personale? D. 52. th. 29. D. 112. th. 19. n. 4.

Nobilitatem ad probandam an sufficiat, si probetur, fratrem nobilem esse declaratum? D. 87. p. 2. m. 1. th. 1. n. 6. 7.

NOMEN.

Nominis periculum quando ad mandatarium pertineat? D. 51. th. 1. num. 7. Solum, quod ad mandatarium ex singulari causa spectat, non facit, ut usuræ ad ipsum pertineant. ibid. Verus datur ususfructus. D. 38. th. 19. Venditio non habet vim cessionis. Disp. 115. thes. 42. Venditor emptori pignoris etiam persecutionem præstare & cedere debet. D. 120. th. 30. num. 2. Pretium justum unde æstimetur? Disp. 153. §. 2. th. 59. seqq.

Nomen, si quis petenti mutuam pecuniam cedit, ut illud exigat, & pecunia utatur, illud nomen vero ob inopiam debitoris inane deprehenditur, an tertius nomen restituendo liberetur? D. 115. thes. 6. Cedendo petenti mutuam pecuniam quando mutuum contrahatur? D. 137. §. 1. th. 5. num. 3. seqq. D. 104. p. 1. c. 2. th. 10. num. 9. 1000. floren. si quis suæ civitatis ab extraneo emat 500. florenis, pro quo hic integras, ille dimidias tantum usuras accipit, an locum habeat Lex Anastasiana? D. 153. §. 2. th. 32. Legatum si testator exigat, tollitur legatum. D. 97. th. 29.

Nomine legato liberatur heres cedendæ actiones etiam inanes. th. 13. Certo legato heres idoneum præstare non tenetur. D. 118. th. 63.

Nomina debitorum non comprehenduntur in legato domus cum omnibus, quæ ibi sunt. th. 60. Et actiones pro rebus mobilibus competentes mobilibus; & pro rebus immobilibus competentes immobilibus annumerantur. D. 125. c. 2. th. 14. num. 2. D. 110. th. 1. num. 6. Proprie neque mobilia neque immobilia sunt, sed diversam speciem constituunt. D. 110. th. 1. n. 6.

Nominum ususfructus an possit constitui? D. 140. th. 20. n. 2.

Nomina creditorum minoris emere non possunt Principum quæstores & illi, quorum officium est solvere. Disp. 153. §. 2. th. 68.

in Nomina quomodo fiat realis immissio vel captio? Disp. 158. tit. 1. thes. 13. num. 2.

NOMINARE.

Nominat sequester. D. 106. th. 7. num. 5. An creditor pignoratitius, superficiarius, usufructuarius? th. 8. An vasallus, Emphyteuta & similis? th. 8. & th. 9. num. 1. D. 119. th. 8. An maritus ratione rei dotalis? Disp. 106. thes. 9. num. 2.

non Nominant suo nomine possidentes, e. gr. emptores. th. 7. num. 2. Aut permutatione rem habentes. &c. ibid.

Nominare non potest, qui rem plane non possidet. th. 6. num. 2. Dominum an possit subditus ratione subjectionis ab alio conventus? th. 14. num. 4. An & quatenus teneantur dominum necessario & ex necessitate Juris hic nominatæ personæ? th. 15. Dominum ex necessitate juris nemo tenetur, qui alieno nomine possidet. ibid.

Nominans debet 1. rem controversam possidere. th. 6. Quomodo hic sumatur vocabulum possessionis? num. 5. 2. Alieno quidem nomine. thes. 7. Quomodo? num. 3. 3. Litem ab aliquo per in rem actionem sustinere. th. 11.

11. Spoliator minime audiendus. th. 13. num. 4. Nominatum dominum esse, probare non tenetur. th. 16. n. 3. In totum lite eximitur. th. 27.

Nominanti reo an sine probatione credendum, & narrationi ejus standum, an vero allegationem suam nominans probare teneatur? th. 10. Si calumniæ adest suspicio, juramentum calumniæ potest deferri, vel nominatio rejici. n. 5.

Nominandi potestas tam immobilium, quam mobilium possessoribus competit. th. 14. num. 1. 2. Et quoad res incorporales. num. 3. Sunt rei controversæ, quorum res nominantes possident, domini. thes. 16. Cujuscunque sint conditionis. num. 1. S. præsentes s. absentes sint. ibid. Sunt omnes & singuli, si plures sunt rei controversæ domini, aut socii. num. 4.

Nominando alium ille judicium declinare nequit, quicunque convenitur propter rem propriam, quam ipse suo nomine vere vel quasi possidet. th. 8. n. 5.

Nominatus in dubio, tanquam civilis possessor dominus præsumitur. th. 16. n. 3. Citatus non comparens, eo ipso, quod contumaciter emanet, fateri videtur, se non possidere, sed tantum alterius nomine in possessione esse. th. 26. n. 5. Tanquam reus principalis litem suscipere debet. thes. 28. num. 1. Quid si emanserit? num. 2. Aut si subsecutæ citationi paruerit? th. 29. num. 1. Aut in contumacia perseveraverit? num. 2. Specialiter quis intelligatur? Disp. 70. c. 5. th. 4. num. 4. Quando censeatur magis dilectus? vid. Dilectus.

NOMINATIO.

Nominatio specialis specialem dilectionem arguit. D. 70. c. 5. thes. 4. num. 3. Filii. D. 106. th. 1. num. 1. Professorum. num. 2. Ministrorum Ecclesiæ. num. 3. Potiorum ad tutelam & alia munera. num. 4. Magistratuum. n. 5. Socii criminis. num. 6. Fit vel ad purgandam criminis suspicionem. n. 8. Vel ut author nominatus nominantem contra adversarium defendat, aut omne damnum refundat. num. 9. Vel ut reus nominans lite instituta eximatur, & judicium in authorem nominatum transferatur. num. 10. Quæ species ultima hujus loci est. num. 11. th. 19. Authoris ex L. 2. C. ubi in rem actio exerceri debeat, quid? th. 3. Introducta a Constantino Imperatore. th. 4. num. 1. th. 5. num. 4. Approbata ab Innocentio III. Pontifice. th. 4. num. 2. Locum non habet in judiciis personalibus. thes. 11. num. 2. Bene tamen in actionibus personalibus in rem scriptis. num. 4. An locum habeat in actionibus mixtis? thes. 12. An in judiciis possessoriis? th. 13. Locum non habet in interdictis quæ dantur propter proprium alicujus factum, & ex contumacia vel delicto descendunt. num. 4. Facienda in judicio. thes. 17. Statim ante litem contestatam in principio litis, etiam ipso termino comparitionis. th. 18. Idque an viva voce, an in scriptis fiat, nihil interest. th. 20. num. 5. Domini est quasi exceptio fori declinatoria. th. 18. num. 3. Differt a laudatione s. litis denunciatione, in quo? th. 19. num. 3. 4. thes. 30. Qua formula proponatur? th. 20. Domini nuda non sufficit, nec demonstratio, sed causa nominationis exprimatur. num. 1. Coram quo est proposita, judex certum terminum præfigere debet. th. 21. n. 2. Et quidem pro arbitrio. num. 3. Termino a judice statuto, domino denunciatio hæc facienda. th. 22. num. 1. Et quidem a judice. num. 2. seqq. Sumptibus nominantis. num. 7. Qua formula? num. 6. Quo termino constituto pendente, quiescit judicis officium. th. 23.

th. 23. num. 1. Termino elapſo & comparente nominato, in cauſa proceditur. num. 2. Sed non comparente, lis pro conteſtata habetur & vocatur edictis legitimis, citatione ſcil. privata. th. 23. num. 3. ſeqq. Citatione hac peremptoria vocato comparente cauſa ordinarie ventilatur. th. 24. num. 1. Non comparente judex ſummarie procedit. num. 2. Tunc probationes plenæ non exiguntur, ſed minus plenæ ſufficiunt. num. 3. Interdum juramento calumniæ negotium committitur. ibid. Cauſa ſummatim cognita actor mittitur in poſſeſſionem rei controverſæ. th. 25. num. 1. th. 27. num. 2. Illamque amittit nominatus, ita ut illam nullo remedio poſſeſſorio poſſit recuperare. th. 29. num. 2. Reſervato nominato abſenti petitorio. th. 25. n. 2. th. 26. num. 5. th. 29. num. 2. Quo tempore ab hac vindicandi poteſtate excludatur? theſ. 29. num. 4. Judice terminum denegante, juſta ab eo eſt cauſa appellandi. theſ. 21. num. 2. Si facta, quid actori facere incumbat? th. 26.

Nominationis prioris ordo inter pares titulo & emolumento, ſignificat ordinem caritatis & dilectionis. D. 70. c. 5. th. 3. Synonymia. D. 106. th. 1. num. 9. Cauſa Impulſiva. th. 5. Effectus. th. 21.

Nominatione pro legitima non habetur, ſi reus actori extra judicium ſe non ſuo ſed alterius nomine poſſidere indicaverit. th. 17. num. 1. Nec legitimæ nominationis effectum producit. ibid.

de Nominatione tunc demum recte quæritur, ſi contra reum actio inſtituta ipſo jure teneat. th. 11. num. 3.

NOTARIUS.

Notarius ſibi ipſi in teſtamento nihil adſcribere poteſt. D. 124. th. 22. num. 3. Niſi ex cauſa debiti ſalarii id fecerit. ib. Pauperibus gratis inſervire tenetur. n. 4. Rogans teſtes non poteſt eſſe in teſtium numero. D. 134. th. 16. n. 3. Si in teſtamenti inſtrumento expreſſis nonnullis adſcripſerit & cætera, vel rogationis mentionem nominatim fecerit, quid dicendum? num. 5. 6.

Notario, ſuper teſtamento conjugum reciproco inſtrumentum conficiente, licet in una membrana fiat, duo ſalaria ipſe exigere poteſt. Diſp. 124. theſ. 22. num. 2.

a Notario ſi verba obſcura prolata ſunt, obſcuritas pacti nocet illi, qui ſuæ intentionis fundamentum ex illis accipit. D. 151. th. 113. in f.

Notarii ſi appoſuerint verba impertinentia, ea diſpoſitionem non alterant. D. 15. th. 20. num. 7. Sunt ſimiles pſittacis, qui ſtant in palatiis dominorum, & quid loquantur, neſciunt. D. 74. th. 34. num. 6.

Notariis ex conſuetudine debetur ſalarium, licet de eo nihil dictum. D. 124. th. 22. Et quidem hodie duplex. n. 1. Quomodo? ibid.

NOTITIA.

Notitia ſuos habet gradus. Diſp. 70. c. 5. th. 12. num. 3.

NOTORIUM.

Notorium allegatur, ſed non probatur. D. 94. th. 27. num. 2. D. 23. theſ. 15. num. 1.

NOTUS.

in Notos major eſt affectio, quam in ignotos. D. 70. c. 5. th. 12. num. 3.

NOVALIA.

Novalia quid? D. 159. c. 6. th. 37. n. 4.

ex Novalibus jus decimarum quibus competat? ibid.

NOVATIO.

Novatio fit in ricambio, & extinguitur cambium. D. 100. th. 204. Hodie consensu nudo sine stipulatione fieri potest. D. 102. th. 34. Modo de novandi animo constet. ibid. Hodie etiam pactio fieri potest. D. 113. th. 58. num. 3. Non fieri potest citra novandi animum, & nisi hoc agatur, ut prior obligatio tollatur, & alia in ejus locum constituatur. th. 60. n. 4.

per Novationem principalis debitor in totum ipso jure liberatur. D. 15. thes. 24. num. 2.

Novatione tolluntur obligationes cum accessionibus. D. 102. th. 33. Facta si filiusfam. sui juris factus renunciationem fide iterata confirmaverit, SCto Macedoniano amplius locus non est. D. 109. th. 26. num. 3. Quasi legali obligatio facti post meram transfunditur in obligationem ejus, quod interest. D. 113. th. 62. n. 4. Liberatur debitor a pœna conventionali. th. 75. num. 3.

in Novatione sine expressa conventione pœna in priori obligatione adjecta, non censetur repetita. th. 75. num. 3.

NOVARE.

Novare quis potest alienam obligationem promittendo, sed non stipulando. D. 102. th. 36. Non potest pupillus creditor sine tutore obligationem priorem. th. 35.

Novandi animus expressis verbis declarari debet. D. 15. th. 24. n. 3. 4.

Novando obligationem extinguit debitor pupillus, etiam sine tutore. Disp. 102. th. 35.

Novari potest a tertio, quod a pupillo etiam sine tutoris auctoritate promissum. D. 19. th. 68.

NOVELLA.

Novellæ Leonis in Germania usu non sunt receptæ. D. 113. th. 47. n. 3.

a Novellarum inscriptionibus, ut & earundem versione latina argumentari non licet. D. 98. th. 2. n. 2. 3.

NOVERCA.

Noverca etiam de Jure Civili sine venia in jus vocari potest. Disp. 106. concl. 2. Matris loco est. D. 5. diss. 2. th. 6. n. 2. Eo nomine tamen non venit. num. 6. D. 13. th. 17. Privignos materno affectu prosequi debet. D. 87. diss. 2. th. 7. Male vulgo audit. th. 8. Unde ita vocetur? diss. 1. c. 3. th. 3. n. 9. & diss. 2. th. 9. num. 6. Sæpius privignos vere amat. diss. 2. th. 9. In dubio censetur bona. num. 15. A privignis filiali amore prosequenda est. th. 10. Tutrix privignorum esse non potest. thes. 41. nec testamento dari. num. 4.

NOVITIUS.

In Novitiis de anno probationis annus servatur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 2. num. 2.

NOX.

Nox quid? D. 138. c. 3. art. 3. th. 1. n. 3. Aggravat delictum ejusque suspicionem. th. 2. num. 3.

Nocte fieri possunt, quæ non? th. 1. n. 5. seqq. & th. 2.

de Nocte factum tantum valet, quantum de die, an simpliciter hoc verum? thes. 1. num. 4.

NOXA.

Noxa caput sequitur. Disp. 111. thes. 39. num. 5.

NULLITAS.

Nullitas processus per confessionem judicialem sanatur, nisi descendat ex incompetentia judicis. D. 55. th. 41. n. 6. Veniens ex omisso juramento calumniæ in inferioribus judiciis admissa, in superioribus non attenditur. D. 66. thes. 53. num. 6.

Nulli-

Nullitatis querela quo tempore præscribatur, ex natura actionis principalis æstimanda est. thes. 72. num. 1. De Jure Wirtembergico intra X. annos de nullitate dici debet. num. 2. 3. Quid de Jure Saxonico? num. 4. Quid hodie post Recessum Imperii noviss. num. 5. Non admittitur in superiori judicio, si summa non sit appellabilis. th. 75. n. 8. Causa non exspirat, appellatione deserta. D. 119. th. 27. In causa haud notoriæ principaliter in judicium deductæ inhibitio non decernenda. th. 28. Ex capite neque contractus, neque sententia, arbitrium, decretum, testamentum post 30. annos impugnari potest. Disp. 138. c. 3. art. 7. th. 6. num. 1. Hodie in causis nullis non amplius 30. anni, sed decendium appellationis locum habet. ibid. Limitatur. ibid.

a Nullitate consultius est, ut appelletur. D. 119. th. 26.

NULLUS.

Nullius quæ sunt, etiam in alieno loco ex naturali ratione occupanti cedunt. D. 135. th. 16. num. 1.

NUNCIATIO NOVI OPERIS.

Nunciatio novi operis datur non adversus condominos, sed adversus tertium. D. 159. c. 9. thes. 26. num. 2. Etiam privata authoritate fieri potest. D. 64. th. 75. num. 1. Secus de Jure Hamburgensi. num. 2. 3.

Nunciationis novi operis in lite finienda tres menses obtinent. D. 138. c. 3. art. 6. th. 2. num. 3.

NUNCIUS.

Nuncius quid? D. 107. th. 4. Quatenus dicatur legatus? th. 2. num. 9. Quatenus procurator? num. 10. Publicus judicialis quis? th. 5. num. 2. Publicus in specie quis? th. 5. num. 2. Judicialis quotuplex? num. 4. 5. An alius sit cum, an alius sine libera? n. 6. Generalis & specialis quis. n. 7. Nihil suo arbitrio facere potest, sed tantum sibi commissa nunciare debet, & tanquam nudus minister tantum factum exequendi potestatem habet. th. 5. n. 6. th. 30. num. 1. thes. 38. th. 54. num. 3. th. 59. num. 2. & 6. Constituitur utriusque voluntate. th. 6. num. 1. Non est sine mittentis commissione. num. 1. seqq. & thes. 7. Sine qua nec audita cum effectu nunciare potest. th. 6. n. 5. Qua deficiente, si a falso nuncio quid nunciatum, illud omnino nullum. th. 7. num. 1. 6. Judicialis sine mittentis judicis commissione nihil valide nunciare potest. thes. 8. num. 1. Nec partes citare, alias citatio ipso jure est. num. 2. Et nuncius punitur. num. 3. Limitatur. num. 4. Hæc commissio fit consensu, quocunque modo declarato. thes. 9. Etiam sine literis. num. 2. Ut ei solvi possit, Jure Saxon. a creditore in judicio debet esse deputatus. thes. 11. num. 9. Ut mittenti obligetur, requiritur, ut ipse facultatem se obligandi habeat, aut si pupillus & minor, tutorum vel curatorum authoritas vel consensus concurrat. th. 17. num. 16. Mittitur ad absentes. th. 20. num. 1. seqq. Quis absens? num. 3. Ad eos, qui rationis usu vel potestate rem gerendi non destituuntur. th. 21. An ad fœminam? num. 2. An ad prodigum? ibid. Qui rem denunciandam scire non prohibentur. thes. 22. num. 1. Aut literarum commercio non excluduntur. num. 2. Ad ipsum frustra mittitur, illius nomine, quod quis præsens suscipere vel facere non potest. th. 21. num. 4. Non mittitur a subdito ad hostem. thes. 22. num. 3. Mittens incidit in suspicionem proditionis, & criminis læsæ majestatis. ibid. th. 37. num. 3. Interdum

etiam morte punitur. thes. 37. num. 3. Mittens & missus a domino feudi ad cujus hostes missio facta, feudo privari potest. th. 22. num. 4. Limitatur. n. 5. Ad illos, cum quibus sermonis commercium interdictum. th. 23. n. 1. 2. Ad excommunicatum. n. 3. Ad Cardinales in conclavi loqui prohibito congregatos. num. 4. Ad fœminam a Clerico. num. 5. Ad bannitum. n. 6. Ab hoste missus non recipiendus. thes. 22. num. 7. Ad accipiendum mitti potest. th. 26. num. 6. Non mittendus ad fœminam, ut ipsa pro alio postulet, vel alterius defensionem in judicio suscipiat. thes. 21. num. 2. Nec ad prodigum, ut rem suam sine curatore vendat, vel alio modo contrahendo se obliget. ibid. Qua talis semper nunciat aliena, nunquam sua. th. 24. num. 2. seqq. In illa causa potest constitui, ex qua commodum ad ipsum pertinet. n. 4. In rem suam quis vocetur? num. 6. Verba in suam personam in contractu dirigendo, nihil agit. th. 38. num. 15. 16. Est nudus minister, qui verbis in ipsius mittentis personam conceptis aliquid nunciat. th. 38. Verba obligatoria & executiva ad mittentem referre debet. n. 4. Vice epistolæ fungitur. num. 5. seqq. Qui delicta, ut fiant, nunciat, æque ac opem ferens & criminis particeps punitur. th. 34. n. 6. Comparens non est persona legitima in judicio. th. 35. n. 4. Differt a procuratore. th. 39. A Legato. th. 40. A nuncio Apostolico. th. 41. Ab oratore. th. 42. num. 1. Ab Agentibus & Residentibus. n. 2. Ab interprete, *Dollmetscher*. n. 3. Ab Advocato. num. 4. A proxeneta. n. 5. seqq. A tabellario. num. 9. A nunciatoribus scelerum. num. 10. Ab excusatore. num. 11. Susceptam commissionem præstare debet. th. 43. n. 1. Privatus nudo pacto constitutus, naturaliter tantum obligatur. num. 2. Quid hodie? num. 3. seqq. Per contractum constitutus, actione ex illo contractu veniente compellitur. n. 5. Non quidem præcise ad ministerium præstandum; sed tantum ad interesse solvendum. num. 6. Quid si per contractum innominatum, do ut facias, constitutus? n. 8. Vel per superioris præceptum? num. 9. Mature debito tempore proficisci debet. th. 44. num. 1. seqq. Mittenti, ob moram damnum sentienti, ad id resarciendum obligatus. n. 2. Per viam ordinariam. th. 44. num. 5. Moram ex necessaria causa mittenti tempestive denunciet. num. 6. In adventu suo ad locum destinatum statim illum, ad quem missus, adire seque legitimare debet. th. 45. n. 1. Quæ legitimatio plerumque fit literis credentialibus. n. 3. Officium suum exequi debet legitime. th. 51. n. 1. Hoc est debito tempore. n. 2. seqq. Debito loco. num. 6. Quid nuncio judiciali hic faciendum incumbat? n. 7. Debito modo. n. 13. Quid de Jure Camerali? ibid. Quem modum si nuncius non observaverit, & citatus ultro non comparuerit, præter pœnam suis sumptibus de novo nunciare & citationem exequi tenetur. n. 14. Fideliter & diligenter. num. 15. th. 52. num. 1. Cameralis mandato accepto protinus discedere jubetur nec discessum differre potest. th. 44. n. 4. Publicus, antequam literas credentiales exhibet, ad dicendum, *zur Audienz*, non admittitur. th. 45. n. 2. Nec ullam fidem meretur. ibid. Limitatur quoad Cardinales Pontificis nomine aliquid nunciantes, quibus etiam sine literis credendum. num. 6. Furtum committit, debitum a debitore sine creditoris mandato acceptans. th. 48. num. 5. 6. Et contra talem debitori competunt juris remedia. n. 7. seqq. th. 49. n. 16. 17.

16. 17. Judicialis an & quatenus extra mittentis territorium aut nuncius superioris in districtu inferioris citationem exequi possit? th. 51. n. 8. Domum citandi eo invito intrare non debet. n. 9. 10. Alias injuriarum aut de vi tenetur. n. 11. Ad solutionem recipiendam missus terminum solutionis non potest prorogare. n. 16. Quicquid præter vel contra commissionem facit, est ipso jure nullum. n. 17. Nec mittentis ratificatione potest confirmari. n. 18. Literas aperiens vel abjiciens quale delictum committat, & quomodo puniatur? th. 52. n. 2. seqq. Rem transferendam dolo intervertens furtum committit. thes. 53. n. 1. Ampliatur. n. 2. An h. c. morte puniendus? n. 3. seqq. Qualem culpam præstet? th. 54. n. 1. seqq. An casum fortuitum? n. 7. seqq. Non referens parti ad interesse tenetur. th. 56. num. 3. Propter falsam relationem quomodo puniatur? th. 58. n. 21. Ex contractu suo ministerio inito, non obligatur, nec exinde obligationem aut actionem acquirit. th. 59. n. 5. seqq. Ad studiosum missus in loco studii personaliter arrestari non potest. th. 63. n. 6. Judicialis, si semel in causa & in principio citavit, in tota illa causa citare, nec sine justa causa removeri debet. th. 65. n. 17. Quatenus possit poenitere & renunciare, distinguendum inter diversos constitutionis modos. th. 66.

Nuncii Etymologia, Homonymia, Synonymia. th. 1. 2. 3. Falsi nunciatio non potest confirmari ratihabitione. th. 7. Consensus s. receptio etiam est necessaria. th. 10. n. 1. Neque invitus h. commissionem suscipere cogitur. n. 2. Limitatur, nisi id salus publica suadeat. n. 3. Aut quis publica authoritate in nunciorum ordinariorum numerum receptus. n. 4. Aut expressa professione, vel tacita, actuum sc. frequentia, huic vitæ generi se addixerit. n. 5. Privati constitutio quale negotium? th. 11. n. 1. Incidit quandoque in mandatum. n. 2. In locationem conductionem. n. 4. 5. In contractum innominatum, do, ut facias. n. 6. In nudum pactum. n. 7. In stipulationem. n. 8. Simplici verbo debitor credere non debet, sed commissionis probationem exigere. th. 49. n. 15. Culpa si res transferenda amissa, aut perdita, tenetur nuncius ad damni illati restitutionem. th. 54. n. 1. Obligatio est nudi facti, in qua post moram, potestate juris, novatio inducitur, & debitor ad interesse obligatur. th. 43. num. 7. Relatio vitiose facta processum vitiat. thes. 57. num. 1. 10. Facienda est 1. ab ipso nuncio. num. 3. 2. Ipsi judici mittenti. n. 5. Aut actorum magistro s. judiciorum actuario. num. 6. In Camera nunciorum actuario. num. 7. In Ducatu Wirtembergico scribæ illius loci jurato. num. 8. 3. Justo tempore. num. 9. Antequam Judex de contumacia decernat. n. 10. Etiam die feriato. num. 11. 4. Non sit dubia, ambigua & obscura. num. 12. Generalis an valeat? num. 13. Quomodo in Camera Imp. facienda? n. 14. Aut aliis locis? num. 15. Ejus formula. num. 16. Relationi an & quando credendum? th. 58. Officium finitur utriusque dissensu. th. 65. num. 1. sqq. Si per contractum innominatum, do, ut facias, constitutus, traditione rei acceptæ res in pristinum statum restituitur. num. 2. Respectu illius, ad quem missus, sola mittentis revocatione. n. 5. seqq. Etiam absente & ignorante nuncio. ibid. Respectu nuncii quando sola mittentis revocatio sufficiat? n 12. seqq. Ipso jure morte mittentis. th. 67. num. 1. seqq. An idem quoque in nuncio judiciali? num. 5. 6. Morte

nuncii. th. 68. n. 1. 2. Morte, quandoque illius, ad quem missus, si sc. ante commissionis executionem moriatur. num. 3. Nunciatio in aliis quoque actibus idem quod voluntas & consensus domini praesentis operatur. th. 61. num. 1.

Nuncio sine literis non est credendum. th. 9. Nec sufficit harum literarum credentialium loco charta blanca s. blancetum exhibere. th. 50. num. 4. Privato a Judice ad citandum misso an credendum, si signum a Judice acceptum citando ostendat? thes. 46. num. 25. Falso debitor solvens an liberetur? th. 48. 49. Depositarius rem depositam restituens an excusetur? th. 49. num. 7. Emptoris seu debitoris nomine venienti, quantitatem debitam offerenti, remque repetenti, rem tradens venditor & pignoris creditor an excusetur? n. 9. 10. Commodatarius rem restituens an excusetur? n. 11. Per mandatum constituto competit actio mandati contraria ad expensas & sumptus b. f. factos. th. 62. num. 4. Et ad exigendum honorarium s. salarium, si pacto, in continenti contractui adjecto, certum promissum. num. 5. Si ex intervallo sine stipulatione promissum, datur extraordinaria persecutio. num. 6. Quae etiam datur judicialibus, & aliis, qui sustentationis gratia hoc faciunt. num. 7. Vel si incertum promissum. ibid. Quod salarium judiciali non a judice, sed a litigantibus, quorum gratia mittitur, debetur. num. 8. Si propter utilitatem publicam, vel a judice inquirente missus, ex publico. num. 9. Propriam relationem falsitatis arguenti an fides habenda? th. 58. num. 21. Casu aliquo damnum passo, mittens ad id resarciendum non tenetur. th. 64. num. 1. seqq. Secus est de aequitate. num. 4. 5. Vel si missus fuerit belli tempore, vel ad loca manifeste periculosa. num. 6. Vel non sponte, sed ex necessitate mittentis commissionem susceperit. num. 7. Sigillum, pileum, annulum &c. mittentis demonstranti, non sine literis credendum. th. 47. num. 5. 6. Limitatur. n. 7. 8.

Nuncium constituunt non prohibiti nec impediti. th. 13. Qui impediantur? num. 2. seqq. Qui lege prohibeantur? th. 14. An pupilli, minores, prodigi? n. 3. 4. Tutores, Curatores, procuratores? num. 5. 6. An substituere prohibiti? num. 7. An tutores absentes ad authoritatem interponendam? num. 8. An ipsi nuncii? num. 9. Ad hostes mittere, & ab hostibus recipere non tantum militibus, sed & omnibus subditis prohibitum. th. 22. Etiam Consiliariis Principum. num. 16. Mittentis commissio & voluntas, qua ipse constituitur, facti est & non praesumitur. th. 45. num. 2. Offendens ipsum mittentem offendere censetur. th. 63. num. 3. Domini feudi qui laedit, Vasallus feudum amittit. ibid. Si sc. dolo malo & in contumeliam domini hoc fecit. ibid. Mittentis *consensus est* causa efficiens principalis, *qua deficiente*, sola instrumentalis *nihil* potest efficere. th. 65. num. 8.

contra Nuncium falsum competentes actiones debitor speciei, si illius rei dominus fuerit, suo creditori cedere tenetur. th. 49. n. 12. seq. Secus si non dominus rei illius, e. gr. si saltem depositarius, commodatarius. n. 13.

per Nuncium quicquid fit, id validitatem accipit ex persona mittentis. th. 14. n. 2. Faciens, illud ipse dicitur facere, quod facit nuncius. n. 7. th. 38. num. 11. Fieri possunt aliena. th. 24. Praeterita & futura. th. 25. n. 1. 2. Conventiones, quae in loco nunciationis perficiun-

untur. n. 2. Nec expectatur, donec nuncius mittenti hoc referat. n. 5. Locus contractus est ille locus, ad quem nuncius missus & ubi conventio inita. n. 6. Pacta nuda. th. 26. n. 1. Pacta legitima, ut constitutum, & donatio inter vivos. n. 2. Ampliatur. num. 3. seqq. Contractus consensuales. th. 27. n. 1. Ut emptio venditio. n. 2. Societas. n. 3. Mandatum. n. 4. Locatio conductio. n. 5. Contractus cambii. n. 6. Contractus reales. thes. 28. n. 1. Ut depositum, mutuum. ib. & n. 2. Commodatum, pignus. n. 3. Negotia alia, ardua etiam. th. 29. Jussus patris, ut detur actio quod jussu. n. 2. Sponsalia, matrimonium. n. 3. Repudium & divortium. n. 4. Constitutio advocati & procuratoris. ibid. Actionum & jurium cessio. ibid. Interpellatio & requisitio pro eligendis paribus Curiæ. ibid. Compromissum. ibid. Interpellatio & debiti repetitio. ibid. Receptio soluti. ibid. Debiti transmissio. ibid. Bonorum cessio. ib. Nisi statuto debitoris requiratur præsentia. ibid. Restitutio hereditatis fideicommissariæ. n. 6. Datio & acceptio feudi. n. 7. Ea etiam, quæ per procuratorem fieri nequeunt. th. 30. num. 3. Matrimonium. n. 4. Donationis acceptatio. th. 33. n. 3. An m. c. donatio? th. 33. Non fiunt sua. th. 24. n. 2. seqq. Ea, quæ præsentiam personæ specialiter requirunt. th. 31. n. 1. Adoptio. n. 2. Tutoris autoritatis interpositio. n. 3. Stipulatio, fidejussio, novatio, acceptilatio. n. 4. Secus hodie moribus nostris. n. 5. Testamenta. th. 32. Insinuationes testamentorum. n. 4. Legata & fideicommissa. n. 5. Ipsemet proprie non loquitur. th. 23. num. 2. Ea, quæ sunt inseparabilia a persona, sed non per procuratorem fieri possunt. th. 30. num. 3. Testes testator rogare potest. th. 32. n. 1. Delicta commissa revelari possunt, & quandoque debent. th. 34. n. 2. Ut & committenda, ut præcaveantur. num. 3. seqq. Quæ geruntur, inter absentes fieri dicuntur. th. 35. n. 2. Expediri non possunt judicialia, quæ præsentiam requirunt personarum. ibid. Sic si quis citatus, ut compareat non sufficit, si nuncium mittat. num. 3. Fieri nequit litis contestatio, quæ inter præsentes fieri debet. num. 6. Expediri possunt judicialia, quæ per absentes fieri possunt. n. 7. Excusatio & allegatio causæ absentiæ. n. 8. Causæ criminales. n. 9. Testium productio. n. 10. Præstari potest juramentum. n. 11. 12. Judex potest partes citare. n. 13. Diem prorogare. ibid. Se excusare. ibid. Non potest condemnare & sententiam proferre. ibid. Testis deponens non audiendus. n. 14. Expediri possunt negotia publica. th. 36. Procurator constitutus non est procurator substitutus. th. 38. n. 14. Aliquem ad delinquendum qui incitat & provocat, perinde ut mandatarius & delinquens punitur. th. 34. n. 5. Res transmissa cui pereat, an mittenti, an illi, ad quem fuit transferenda? th. 55. Pecuniam mutuam rogantis debitoris interim est periculum. n. 5. seqq. Pecuniam debitam a debitore dandi repetentis creditoris interim est periculum. n. 8. seqq. Rei solutæ dominium & possessio statim creditori acquiritur. n. 10. th. 61. n. 2. Et debitor h. c. ipso jure liberatur. ib. Transmissæ rei periculum pertinet ad commodantem, pignoris dominum & locatorem. th. 55. n. 21. seqq. modo sponte transmittens elegerit nuncium idoneum. n. 24. 29. 30. Res missa regulariter perit illi, qui eo tempore, quo perit, rei illius est dominus. n. 2. 4. seqq. Limitatur. num. 3. 31. 32. Si quis contrahit, mittens immediate ipso

jure

jure inde obligatur. th. 59. n. 3. Et contra mittentem creditori directa actio competit. ibid. Et ipse mittens immediate sine cessione obligationem & actionem directam contra promissorem acquirit. n. 4. Qui ab herede hereditatem restitutam accipit, fideicommissarius statim actiones consequitur. th. 61. n. 3. Magistratus aliquid mandans perinde est ac si ipse præsens mandasset. n. 4. Hinc a tali mandato ad superiorem appellandum. n. 5. Si socii communi consensu contraxerunt, singuli obligationem immediate acquirunt, & pro rata obligantur. D. 129. th. 39. n. 1. seqq. Aliquid facientes, ipsimet immediate sua voluntate id facere videntur. n. 6.

inter Nuncium & mittentem quales dentur actiones? D. 107. th. 62. n. 1. sqq.

Nuncio mediante contractus qui fit, in persona mittentis radicatur. th. 1. n. 5. Celebratus contractus, ab ipso mittente initus videtur. th. 38. n. 13.

a Nuncio relatio suæ commissionis facienda. th. 56. n. 1. Inprimis a judiciali. n. 2. Quod tamen ad substantialia processus non pertinet. n. 3. seqq.

Nuncii constituuntur non impediti nec prohibiti. th. 17. In causis privatis extrajudicialibus fœminæ. n. 4. Servus. n. 8. Filiusfam. peregrinus, pupillus. n. 9. 16. Prodigus, vilis, infamis. n. 10. Licet tales causæ essent, quarum gerendarum facultatem non habeant. n. 11. seqq. Judiciales sint masculi. th. 18. n. 1. Liberi. n. 2. Majores. n. 3. Divites & personæ honestæ. n. 4. Secus hodie. ibid. Quid in Camera Imp. n. 5. Quid in Commiss. Cam. Imp. n. 6. Quid si partibus litigantibus sint subjecti? num. 7. Quot constituendi? n. 9. Esse possunt in causis feudalibus, licet qualitatem feudalem non habeant. num. 8. Publici sint masculi. th. 19. n. 1. Limitatur. n. 3. Justæ & maturæ ætatis. n. 4. Limitatur. n. 7. Fideles & linguæ illius, ad quem missi, gnari. n. 9. Judiciales juramento obstringuntur in principio sui officii. th. 12. Etiam in Camera Imper. n. 3. Juramenti formula. n. 3. 4. Etiam illi, quorum opera utuntur Commissarii Cam. Imp. n. 5. Limit. ibid. Juramento hoc non exacto, processus tamen non vitiatur. num. 7. Extranei processus in Ducatu Würtemberg. contra Serenisſ. Ducis privilegia insinuantes a subditis non sunt recipiendi. th. 23. n. 7. Quando possint removeri? th. 65. n. 17. Cameræ Imper. jurati gaudent in exequendis processibus Cæsarea & Camerali securitate & inviolabilitate. th. 63. n. 4. Ultra salarium definitum nihil petere debent. th. 62. n. 10. Neque si divertant, nec via recta procedant. n. 11. Limit. n. eod. Salarium facta demum nunciatione petere possunt. n. 16.

Nunciorum usus inter præsentes nullus est. th. 20. n. 2.

Nunciis privatorum sine literis *regulariter* non creditur. th. 47. n. 1. 2. Limitatur. n. 3. 4. 9. 10. 11. Quæ dantur, literæ credentiales quid comprehendere debeant? th. 50. Judicialibus, nomine judicis aliquid nunciantibus regulariter sine literis non creditur. thes. 46. Limitatur in ordinariis & juratis. n. 2. 3. In quibusdam hoc esse præsumitur. n. 2. Modo publica portent signa. n. 4. Quæ pro locorum varietate varia sunt. n. 5. seqq. Quæ in Camera alii sub gravi pœna privata authoritate appendere non prohibentur. n. 9. Extra territorium citantis sine literis non creditur, licet publica portent insignia. num. 16. Neque tunc si illis in locis, ubi nuncii por-

portant certa ſigna, ſine iſtis citare vellent. n. 18. q. c. eos offendentes pœna, in violatores nunciorum publicorum conſtituta non puniuntur. n. 19. Delegatorum vel Commiſſariorum an & quando ſine literis credatur? n. 20. ſeqq. In Camera Imp. proceſſus ſcripti dantur quos ipſi in forma originali, vel ſi pluribus inſinuatio facienda, exempla authenticis ad videndum exhibitis, partibus tradere tenentur. n. 13. Juratis & ordinariis ſine literis creditur, ſi notum, eos tales eſſe. n. 22. Bonum nuncium afferentibus olim modicum donabatur. theſ. 62. Publicis & legatis an munus ab eo, ad quem miſſi, accipere liceat, & acceptum an mittenti, an ipſis nunciis acquiratur? n. 14. Præſertim publicis & judicialibus publica debetur ſecuritas. th. 63. Studioſorum competit ſecuritas, quæ ipſis Studioſis competit. n. 6.

Nuncios regios in Gallia verberantes qua pœna puniantur? n. 4. Iudiciales conſtituunt ipſi judices. th. 15. n. 1. Sine conſenſu partium. n. 2. Limitatur. n. 3. 4. Etiam feudales, ſ. ſint domini, ſ. pares Curiæ. n. 5. Etiam in Electoratu Saxonico. n. 7. Secus quoad forum Saxonicum, ubi in cauſis feudalibus inter dominum & vaſallum verſantibus, electio nuncii non ad pares Curiæ, ſed ad dominum feudi competit. num. 6. Delegati ſ. Commiſſarii. n. 8. Arbitri Compromiſſarii. n. 9. Publicos conſtituunt quinam? th. 16. An legati? n. 2. An & quando ipſi ſubditi? n. 3.

a Nunciis inſtructiones, quæ ipſis dantur, non ſunt edendæ regulariter. th. 50. n. 14. ſeqq.

NUNDINÆ.

Nundinæ quatenus & quibus dent vacationem ab actibus forenſibus? D. 81. th. 28. Annuæ non recte abſque permiſſione Imperatoris conſtituuntur, recte vero cum privilegio conſtitutæ, non licite transferuntur. D. 166. th. 109. Vulgares ſ. hebdomadariæ abſque ullo privilegio & Principis licentia inſtituuntur. th. 110. Provinciales etiam invitis vicinis inſtitui poſſunt. D. 159. c. 6. th. 55. n. 2. Non transferuntur ab uno territorio in aliud, niſi prævia communicatione cum adjacentibus. num. 3. Tam ſolennes quam hebdomadariæ an gaudeant privilegiis nundinalibus? D. 100. th. 259.

Nundinarum tempore ſoli mercatores propter debitum civile detineri, vel conveniri nequeunt. D. 64. th. 14. Privilegium de Jure Hamburgenſi etiam ad alios non mercatores extenditur. n. 3. Jus Regale majus eſt. D. 166. theſ. 102. Privilegium Imperator civitati aut vico dare non ſolet, niſi prius adjacentibus civitatibus & pagis, quorum intereſſe poteſt, auditis. th. 108. Privilegia an in debito jurato locum habeant? D. 100. th. 263. Solis mercatoribus competunt. th. 264. Tam in veniendo quam in recedendo. th. 265. Jus aliud, aliud jus mercatuum. th. 266. Privilegium quo tempore amittatur? D. 24. th. 12.

in Nundinis mercator conveniri nec arreſtari poteſt. D. 100. th. 260. Niſi magna ſuſpicionis adſit cauſa. theſ. 261. Quid ſi in Nundinis debitum ſit contractum? th. 262.

NUPTIÆ.

Nuptiæ inter affines aſcendentes & deſcendentes in infinitum omni jure prohibitæ ſunt. D. 5. diſſ. 2. th. 19. n. 1. Nec ex diſpenſatione admittendæ. n. 9. 10. De facto contracto nullæ ſunt, & partes puniuntur. n. 11. Etiamſi affines ſint injuſti. th. 20. Nec hic diſpenſatio ad-

Pupilli & minores ex mutuo a tutore vel curatore, pupillorum & minorum nomine contracto, obligantur, si pecunia in illorum rem profecta probetur. Disp. 103. c. 3. th. 4. n. 4. Et minores curatorem habentes, sine tutorum & curatorum consensu & auctoritate, solvere nequeunt. D. 102. thes. 3. D. 130. th. 4. 5. Sed ipsi rei solutæ domini manent, illamque vindicandi potestatem habent. D. 130. thes. 4. n. 3. Nisi res soluta a creditore bona fide consumpta sit. n. 4. Vel casu fortuito apud creditorem perierit. n. 5. 6. Gaudent retentione in bonis tutorum, utpote tacite ipsis obligatis. D. 123. th. 15. *num.* 3. Etiam adversus matrem tutricem, sed quando? ib. In bonis protutoris habent privilegium personale. Disp. 112. th. 35. n. 8.

Pupillorum bona immobilia si distrahenda veniunt, affines eorum evocandi sunt, ut Magistratum de bonis eorum instruant. D. 5. diss. 2. thes. 42. num. 4. Interest, litibus & sumptibus non vexari. D. 14. th. 26. n. 2. Confessiones quatenus valeant, cum tutoris authoritate? D. 55. th. 7. & th. 10. Conventiones quatenus valeant quoad aliorum præjudicium? D. 60. th. 13. num. 4. 5. In utilitatem quæ sunt introducta, contra eorum commodum non sunt producenda. D. 7. th. 47. n. 4.

Pupillis & minoribus sine tutorum & curatorum authoritate & consensu non recte solvitur. D. 102. th. 5. Nec obligatio per solutionem ipsis factam extinguitur. ib. Licet locupletiores facti. ib. Si pecunia soluta, maleque consumpta, contra debitorem priorem salvam habent obligationem. ib. Nec hîc necessaria est restitutio. ib. Quid si inde locupletiores facti, aut nummi adhuc extent? D. 130. th. 18. Facta solutio ut subsistat, præter auctoritatem tutorum, etiam requiritur judicis decretum. D. 102. th. 6. D. 130. th. 19. Nec sufficit judicialis quittantia. ibid. Si omissum debitor ipso jure non liberatur

ratur. D. 130. th. 19. n. 3. Neque pupilli opus habent restitutione. n. 4. 5. Sed & post quadriennium a sua majorennitate computandum contra talem debitorem agere possunt. n. 6.

PUTEUS.

Putei catena & situla, *Brunnen-Ketten, Seyl und Eymer*, an veneat, ædibus venditis? Disp. 155. §. 1. thes. 29. num. 3.

Q.

QUADRIENNIUM.

Quadriennium in locum anni utilis hodie substitutum. D. 138. c. 3. art. 7. th. 3. n. 3.

QUÆSTIO.

Quæstio est res fragilis. D. 141. thes. 65. Quæstioni non semper fides habenda. ibid.

Quæstionem decernit judex altam jurisdictionem habens. th. 66. Tantum admittunt delicta capitalia & atrociora. th. 72.

in Quæstione a familia necatorum habenda quinquennium servatur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 3. n. 4.

v. Voc. Tortura.

QUÆSTOR.

Quæstores Principum, quorum officium est, debita illorum solvere, creditorum nomina & actiones minoris emere non possunt. D. 153. §. 2. th. 68. n. 3.

QUANTITAS.

Quantitas debita perire non potest. D. 111. th. 49. n. 13. 14. Limitatur. ibid. v. th. 51.

QUASI.

verbum, Quasi, utplurimum in jure improprietatem indicat. D. 70. c. 1. th. 4. n. 4. D. 109. th. 2. n. 2.

QUERELA ENORMIS LÆSIONIS.

v. L. 2. C. de Resc. Vendit.

QUERELA INOFFICIOSI TESTAMENTI.

v. Testamentum invalidum, inofficiosum. &c.

QUERELA INOFFICIOSÆ DONATIONIS.

v. Donatio inofficiosa.

QUERELA NON NUMERATÆ PECUNIÆ.

Querela non numeratæ pecuniæ quid? D. 142. §. 3. th. 1. Proponitur per modum exceptionis. th. 2. n. 1. Replicationis contra apocham. n. 2. Denunciationis vel protestationis. ib. Actionis. ib. Proponenda est in causa dotis jure novo in scriptis. th. 2. num. 3. Conceditur ob summam æquitatem. th. 3. latius patet, quam literarum obligatio. n. 2. Competit omnibus, qui spe futuræ numerationis se aliquid accepisse confessi sunt, & illud postea non acceperunt, illorumque heredibus. th. 4. num. 1. Ex persona confessi mandatariis & fidejussoribus. n. 2. th. 10. n. 5. etiam invito confesso, principali debitori. th. 4. n. 2. In concursu creditorum aliis confessi creditoribus. ib. Adversus illos, a quibus spe futuræ numerationis se aliquid accepisse professus est, illorumque heredes. th. 8. n. 1. Locum habet inter mercatores. D. 43. th. 15. D. 142. §. 3. thes. 5. n. 2. 3. In omnibus negotiis, in quibus quis se aliquid spe futuræ numerationis accepisse confessus est. D. 142. §. 3. th. 6. An in cambiis? th. 7. n. 1. Sententia affirmativa. n. 2. Negativa. num. 3. Quæ refutatur. th. 10. Distinguentium. th. 8. n. 1. 2. Ratione illius, qui cam-

cambium ſcripſit & dedit, & confeſſus eſt ſe aliquid accepiſſe. num. 3. ſeqq. D. 43. thes. 16. Etſi literæ illæ transmiſſæ & ab alio acceptatæ fuerint. D. 43. th. 16. Quo caſu competit non tantum intra 30. dies, ſed & intra biennium. D. 43. th. 17. D. 142. ʃ. 3. th. 8. n. 5. 6. 8. Quid ſi cambium jam ſit acceptatum? D. 43. th. 18. D. 142. ʃ. 3. th. 8. n. 5. 6. Ratione acceptantis, qui ſcil. literas præſentatas pure & ſimpliciter acceptavit ex perſona debitoris cambium ſcribentis. D. 43. th. 18. D. 142. ʃ. 3. th. 9. n. 1. ſeqq. Non competit, ſi cambium dans non confeſſus fuerit ſe aliquid accepiſſe. D. 43. th. 19. D. 142. ʃ. 3. th. 11. Differt ab aliis quomodo? D. 142. ʃ. 3. th. 20. Currit continuo poſt mortem ſcribentis contra heredem, etiam hereditate nondum adita. thes. 22. n. 1. Excluditur præſcriptione biennii a tempore interpoſitæ confeſſionis vel cautionis. ib. Nec elapſo biennio creditori eo nomine juramentum deferendum. ib. Debitor tamen auditur, ſi probare velit, numerationem non eſſe factam. num. 2. Habet generalem doli exceptionem, quæ eſt perpetua. ib. Quo tempore in dote? num. 3. XXX. dierum contra apocham creditori competens. D. 116. th. 31. D. 142. ʃ. 3. th. 22. num. 4. Ampliatur. ib. H. biennii præſcriptio non currere incipit contra minorem. D. 142. §. 3. th. 22. num. 5. Quid ſi minor majori ſuccedat & præſcriptio inchoata? ib. Abſentibus contra h. præſcriptionem datur reſtitutio in integrum. num. 6. Semel mota eſt perpetua. num. 7. Agnitione, poſt confeſſionem & cautionem facta, debiti expreſſa. th. 23. n. 1. 2. Ubi tamen debitor auditur contrarium probaturus. ib. Vel tacita. v. gr. partis ſolutione ſine proteſtatione. num. 3. Renunciatione poſt cautionem ex intervallo facto. th. 24. An renunciatione jurata in ipſa cautione facta? num. 2. Statuto? num. 3.

Querelam non num. pec. non excludit fidejuſſio, nec rerum oppignoratio, nec jurata promiſſio quæ huic confeſſioni accedit. th. 8. num. 6. Non impedit confeſſio nec renunciatio h. querelæ, in eadem ſcriptura facta. th. 10. n. 3. Nec obligatio. num. 5.

in Querela N. N. P. adverſarius numerationem probare tenetur. th. 21. num 1. Fallit h. quibusdam in locis. ib. Adverſario probante numerationem per teſtes vel inſtrumentum, punitur numerationem negans. num. 2. Probante mediante juramento, negans tantum in expenſas condemnatur. ib. Adverſario non probante, excipiens definitive abſolvitur, & actor condemnatur, ut cautiones, apochas & pignora eo nomine accepta reſtituat. n. 3. & thes. 25. num. 2. Vel replicans vincit. th. 21. n. 3. Vel denuncians aut proteſtans, querelam h. facit perpetuam. ib. v. voc. Exceptio non numeratæ pecuniæ.

R.

RABULA.

Rabularum forenſium deſcriptio. D. 66. th. 37. n. 5. 6. th. 38. n. 7.

RAPINA.

Rapina quid? D. 62. th. 33. An differat à deprædatione? th. 34. Eſt manifeſta vel non manifeſta. th. 35. Accedentibus circumſtantiis ultimo ſupplicio punitur. th. 38. Diſp. 69. th. 23. Hodie punitur poena Robariæ. D. 59. th. 39.

Rapinæ ex cauſa quod debetur, & reſtituendum eſt, nullam admittit compenſationem. D. 149. tit. 2. th. 9. n. 10.

Rapiens rem ſuam vel alienam, an adhuc hodie

hodie in pœnam l. 7. C. unde vi incidat? D. 59. th. 37.

RAPTA.

Rapta consentiens eadem pœna de jure civili afficitur. D. 69. th. 23. n. 6. Jure Würtembergico carcere coercetur. num 7.

RAPTOR.

Raptor Jure Canonico raptam ducere potest. D. 69. thes. 23. n. 2. Jus Wurtemberg. h. in casu observat jus civile. n. 3. 4. 5. Furti manifesti actione tenetur. D. 19. th. 72.

Raptori adminiculum ferens gravissime punitur. D. 139. thes. 9. num. 8. Si quis meretricem rapuerit, vel honestam fœminam abduxerit, sed eam non cognoverit, vel fœmina spontanea voluntate cum aliquo secessit, & ibi illam stupratus est, extraordinaria pœna locum habet. D. 141. th. 40.

RARO.

Raro & præter regulam quæ fiunt, ad exemplum & consequentiam habenda non sunt. D. 12. th. 18. n. 7.

RATIFICARE.

Ratificare dominus, cujus negotia judicialia conjunctus gessit, cogi non potest. D. 18. th. 38. n. 4. Potest in solidum & pro parte. n. 5.

Ratificans debet esse juris ratihabendi capax. n. 8. 9. De qualitate actus ratificandi certiorandus est. num. 2. Certum tempus ad deliberandum habet. num. 3.

RATIFICATIO.

Ratificatione mittentis confirmari nequit, sed est ipso jure nullum, quicquid præter vel contra commissionem nuncius facit. D. 107. th. 51. n. 17. seq.

RATIHABERE.

Ratihabere videtur negotium pro se gestum, qui centum diebus tacet. D. 138. c. 3. art. 4. th. 4. n. 18.

Ratihabens ex ipso negotio gesto, quod rati habet firmiter obligatur. D. 18. th. 39. num. 3. 5.

Ratihabente domino, adversæ parti contra gestorem nulla competit actio. n. 6.

non Ratihabente domino, quasi procurator liberatur, si ejus negligentia vel culpa argui non possit. th. 40.

RATIHABITIO.

Ratihabitio quid? D. 139. thes. 9. n. 11. pro mandato habetur, & retrotrahitur ad tempus, quo negotium fuit perfectum. ib. Limitatur. ib. Quando non sufficiat? ib. Inducitur per patientiam, non vetando vel patiendo id, quod quis prohibere vel admittere potuit. n. 15. Quatenus habeatur pro mandato? D. 130. th. 16. n. 2. D. 131. th. 84. n. 8. D. 150. tit. 1. §. 1. th. 8. n. 2. Retrotrahitur, & idem operatur, quod præcedens expressum mandatum. D. 131. th. 83. num. 1. Non semper actionem mandati producit. D. 115. th. 38. Quomodo probetur? D. 18. th. 38. n. 11. Quamdiu expectatur, tamdiu negotium in pendenti est. th. 39. n. 2. Non est modus inducendi obligationem. num. 4. Donationis quando facienda? D. 20. th. 26.

ante Ratihabitionem inter dominum & eum, cum quo negotium gestum, nulla est obligatio. D. 18. th. 39. n. 1.

ex Ratihabitione quis delicti particeps fit. D. 139. th. 9. n. 11.

RATIO.

Ratio eadem ubi militat, idem jus statui oportet. D. 165. th. 54. Diversa ipsam reformat legem. ib. Propriè loquendo haud recte anima legis dicitur. D. 19. thes. 8.

Ratione quod caret, penitus extirpandum est.

est. D. 165. th. 54. Legis correcta, lex ipsa correcta intelligitur ib.

RATIONES.

Rationes redditæ quando possint retractari? D. 122. th. 17. n. 2. Non videntur rite redditæ, si non omnia pupillo restituta. n. 3. Accipere quid significet? D. 137. th. 20. n. 5.

Rationum residuum, *der Rechnungs-Rest*, a marito prodigaliter consumptum, non est debitum sociale. D. 4. th. 48.

Rationibus Reipubl. expunctis & subscriptis in retractandis adversus heredem administrantis decennium servatur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 4. n. 4.

RATIUM JUS.

Vid. voc. Jus Grutiæ.

REASSUMERE.

Reassumere litem debet heres, non legatarius, re litigiosa legata. Disp. 97. thes. 11.

RECEPTATOR.

Receptator quatenus teneatur? D. 139. th. 9. n. 12. Assassinorum eadem pœna cum assassino punitur. D. 12. th. 35. Limitatur in cognatis. num. 5. Neque hîc distinguitur inter nudum receptatorem, & eum, qui est criminis socius. ibid.

Receptatorum genus pessimum est. n. 2.

Recipere quid? D. 139. th. 19. n. 12.

RECEPTIO.

Receptio compromissi quando facta censeatur? D. 10. th. 9. n. 3.

Receptionem scientia & silentium non probant. num. 4. Limitatur n. 5.

RECEPTITIA.

Receptitia bona uxoris quæ? D. 76. thes. 16. num. 3. libere administrat uxor. ib.

RECESSUS IMPERII.

Recessus Imperii sunt fundamentum & basis juris publici. D. 141. th. 126. Noviss. §. *So viel nun die Capitalien.* v. D. 120. per tot.

RECONDUCTIO.

Reconductio quando & ad quantum tempus tacite facta censeatur in prædiis rusticis & urbanis? D. 156. §. 1. thes. 8. n. 2. seqq. Tacita in mobilibus rebus etiam locum habet. n. 9. Iisdem qualitatibus & pactis, quibus prima, facta censetur. th. 9. n. 1. Limitatur. n. 2. Si facta an pignora maneant obligata? num. 1. In ædibus conductis eatenus videtur facta prout quisque illas inhabitavit. D. 64. th. 68. n. 1. D. 67. th. 28. num. 1. Jure Würtembergico censentur ad annum facta. D. 67. thes. 28. num. 2. 3. Ut & Jure Hamburgensi. n. 4. D. 64. th. 68. n. 2. 3.

RECONVENTIO.

Reconventio coram arbitris compromissariis locum non habet. D. 10. th. 35. n. 5. Cum conventione simul & pari passu in uno eodemque judicio peragenda est. D. 64. th. 23. n. 1. D. 65. th. 7. num. 1. Secus de Jure Electorali Saxonico. D. 65. th. 7. n. 2. 3. Et Hamburgensi. D. 64. th. 23. n. 2. 3. 4. Coram mercatorum consulibus potest fieri, licet mercator non sit, qui reconvenitur. D. 100. th. 319.

Reconventioni in feudali judicio locus non est super causa non feudali. D. 119. thes. 10.

RECUPERATIO.

Recuperatio mobilium ab hostibus si facta, an & quomodo earum restitutio facienda? D. 54. th. 49. D. 116. thes. 87. D. 118. th. 98.

REDDERE.

Reddere illud ipsum alii, quod omni jure ad

ad me pertinet, æquitati adverſatur. D. 109. th. 23. n. 4. Verbum acceptationem rei non traditæ comprehendit. D. 20. th. 10. n. 6. Sæpè pro dare in Jure dicitur. D. 104. p. 1. c. 2. thes. 11. num. 2. 3.

REDITUS.

Reditus & alia commoda jurisdictionalia in communione diligenter conſignanda. D. 159. c. 9. th. 13. n. 4.

REDITUS ANNUI.

Reditus annui quibus debentur ex rebus immobilibus pro immobilium poſſeſſoribus non habentur. D. 27. th. 17. Liberantur tamen a cautione judicio ſiſti. ibid. Qui ex rebus immobilibus exſolvuntur, & perpetui ſunt, aut longo tempore duraturi, inter immobilia computantur. D. 125. c. 2. th. 14. num. 4. An differant a mutuo? D. 147. tit. 6. §. 1. th. 5. n. 6. Ex quo debentur, in prædio an & quatenus competat tacita hypotheca pro h. reditibus? D. 158. tit. 2. th. 98. n. 1. & th. 99. Quid ſi annui reditus ſint reales? th. 99. n. 4. Ex certo prædio conſtituti, prædium afficiunt, & jus in re conſtituunt, quod cum ipſa re, in quemvis tranſit poſſeſſorem. th. 99. n. 4.

Redituum annuorum quodnam dicatur pretium juſtum? D. 64. th. 44. num. 1. D. 67. th. 13. De Jure Würtembergico reditus minoris, quam ſingulis centenis quinque emi non poteſt. D. 67. thes. 13. n. 6. 7. 8. Jure Hamburgenſi ſemiſſes permittuntur. D. 64. thes. 44. n. 2. 3. Inſtrumento debitori reddito, jus annuorum redituum reputatur remiſſum. D. 20. thes. 54. n. 3. Uſusfructus poteſt conſtitui. D. 140. thes. 20. emptor ſ. creditor ab illorum venditore ſ. debitore ex alia cauſa conventus, compenſationem pretii ſ. ſortis illorum redituum opponere nequit. D. 149. tit. 2. th. 10. num. 4. Emptor regulariter non habet facultatem pretium ſ. ſortem repetendi. num. 5. 5. flor. licet pretium ſit 100. flor. nihil tamen obſtat, quominus quis reditum annuum emere poſſit 110. flor. D. 151. thes. 5. In emptione pretium legale in venditoris gratiam eſt determinatum. ib.

Reditus annuos redimendi vel luendi jus & actio an a debitore alteri cedi & vendi poſſit? D. 153. §. 2. th. 18.

Reditibus annuis an addi poſſit pœna? D. 113. th. 57. n. 3. Marito in dotem datis, reditus ſ. cenſus quotannis percepti, ad quem pertineant? Diſp. 128. c. 4. theſ. 14. num. 1. 2. 3.

in Reditibus annuis an diſpoſitio L. 27. ff. de Reb. Cred. locum habeat? D. 103. c. 3. theſ. 14. numer. 6. An & quando locum habeat SCtum Macedonianum? D. 147. tit. 6. §. 1. th. 5. num. 6. Decennium locum habet. D. 138. c. 3. art. 7. th. 4. num. 4.

REGALIA.

Regalia præſcribuntur tempore immemoriali. D. 6. th. 3. num. 1. Diſp. 138. c. 3. art. 7. th. 7. num. 6. Sub conceſſione caſtri aut urbis cum omni jurisdictione, mero & mixto imperio, non veniunt. Diſp. 6. theſ. 3. num. 2. Non veniunt nomine jurisdictionis. ib. Et ſuperioritatis jura differunt. D. 159. c. 3. th. 3. num. 2. Juribus territorialibus an adhæreant? num. 3. Omnia conceſſa exiſtimantur in Imperio, conceſſo territorio univerſali. num. 6. In ſignum eminentiæ conceduntur & ſuperioritatis. num. 7. Non ſtatim includunt ſuperioritatem. th. 4. num. 1. Proprio jure habet & confert ſolus Imperator. D. 166. theſ. 262. Quomodo acquirantur? theſ. 267. Quando Imperator generaliter cuidam concedendo ita donat: concedo tibi Regalia in hoc diſtrictu, an ge-

generalis alterutrorum majorum, an minorum, an conjuncta utrorumque donatio facta intelligatur? th. 271. Quanto tempore præscribantur? thes. 273. seqq. Quomodo amittantur? thes. 278. seq. Majora cumulative, non privative concedi intelliguntur, & sic eadem etiam taliter præscribi censentur. th. 279. Per præscriptionem acquisita an pro rebus allodialibus habeantur? thes. 296. Quid? th. 12. Alia sunt majora, alia minora. th. 14. seqq. Quæ olim non fuerunt, pro Regalibus non habentur. th. 21. Majora sunt 1. condere legem universalem. thes. 23. seqq. 2. Creare Regem, Ducem, Comitem, &c. th. 27. seqq. 3. Creare Comites Palatinos, Doctores, Licentiatos. &c. th. 50. seqq. 4. Erigere Academias. th. 56. seqq. 5. Constituere ac creare Magistratus ad justitiam expediendam. th. 66. seqq. 6. Concedere jurisdictionem. th. 73. 7. Legitimare liberos naturales. th. 74. 8. Dare adolescentibus veniam ætatis. th. 76. seqq. 9. Absolvere a sacramento ad effectum agendi. thes. 80. Quod & Camera potest. thes. 81. 10. Restituere existimationi, famæ, honoribus. thes. 83. seqq. 11. Extrema provocatio. th. 86. seqq. 12. Jus indicendi Comitia universalia. thes. 92. seqq. 13. Jus nundinarum & mercatuum. th. 102. seqq. 14. Jus constituendi vectigalia, vel præcedentia reformandi. thes. 111. seqq. 15. Jus monetandi. th. 114. seqq. 16. Jus indicendi bellum. th. 121. seqq. Quid hodie? ib. 17. Jus repressaliarum. th. 124. Minora s. Fisci sunt 1. viæ publicæ. th. 128. seqq. 2. Cursus publici s. postæ. th. 135. seqq. 3. Flumina navigabilia. thes. 138. seqq. 4. Portus. th. 143. seq. 5. Ripatica. th. 145. seqq. 6. vectigalia. thes. 149. seqq. 7. Mulctarum poenarumque compendia. thes. 161. seqq. 8. Bona vacantia. th. 167. seqq. 9. Bona, legibus ab indignis ablata. th. 176. seqq. 10. Bona contrahentium incestas nuptias. th. 185. seqq. 11. Bona condemnatorum & proscriptorum. th. 197. seqq. 12. Bona committentium crimen læsæ Majestatis. th. 201. seqq. 13. Angariarum, parangariarum, plaustrorum, naviumque præstationes. thes. 205. seqq. 14. extraordinaria collatio ad felicissimam Regalis Numinis expeditionem. th. 210. seqq. 15. Argentariæ. th. 220. 16. Palatia in civitatibus constituta. thes. 221. seqq. 17. Piscationum reditus. th. 228. seqq. 18. Venatio & aucupium. th. 232. seqq. 19. Salinæ. th. 237. seqq. 20. Thesauri inventio. th. 241. seqq.

Regalium una specie præscripta, non cæteræ statim præscriptæ censentur. thes. 277. In causis quis Judex competens? thes. 290. seqq. Quis processus judiciarius? thes. 295. seqq.

Regalibus annumeratur poenarum mitigatio, sicut jus aggratiandi D. 6. th. 4. num. 3. Jus muniendarum urbium. Disp. 86. thes. 2.

ob Regalia quænam competant actiones? Disp. 166. thes. 285. seqq.

REGULA.

Regulam qui pro se habet, in casibus non determinatis fundatam habet intentionem. Disp. 110. thes. 13. num. 3.

REI VINDICATIO.

Rei vindicatio competit & illi, qui revocabile tantum dominium habet. D. 11. th. 127. num. 3. Per cessionem in alium non potest transferri. D. 19. th. 80. Non competit legatario, legato quasi usufructu certæ pecuniæ, vini &c. D. 38. th. 17. Cum publiciana in rem actione conjungi potest. D. 37. thes. 6. Disp. 118. th. 12. Datur contra sequestrum.

ſtrum. D. 106. th. 7. num. 6. Datur domino habenti dominium verum, plenum, vel minus plenum, directum vel utile, revocabile vel irrevocabile. D. 2. theſ. 3. Adverſus bonæ vel malæ fidei poſſeſſorem, etiam nudum detentorem, ſ. vere ſ. ficte poſſideat. th. 4. Fictus poſſeſſor ad æſtimationem condemnatus, verus non liberatur. ibid. Ad res reſtituendas corporales, ſingulares, cum omni cauſa, etiam non refuſo pretio. theſ. 5. Non datur contra heredes. th. 4. Præſcribitur regulariter 30. annis. th. 7. Datur domino fundi, in quo a tertio theſaurus inventus, contra inventorem quoad partem dimidiam. Diſp. 106. concl. 39.

Rei vindicatione ipſo jure poteſt conveniri, qui rem detinet, ejusdemque reſtituendæ facultatem habet. theſ. 10. num. 3. Marito ratione rei in dotem acceptæ convento, & pendente lite matrimonio ſoluto, ipſe rem uxoris heredibus ſi reſtituit, contra ipſum judicium peragi nequit. Diſp. 37. theſ. 2.

in Rei vindicatione ſufficit, ut reus condemnari poſſit, dominium etiam poſt litem conteſtatam ſuperveniens. Diſp. 37. th. 1. Diſp. 54. th. 6. D. 106. cl. 7. Condemnationem ſequi debet executio, nec quadrimeſtres induciæ indulgendæ. D. 2. th. 6. Poſſeſſor bonæ fidei de conſumptis fructibus non tenetur. D. 37. th. 3. Licet inde locupletior factus. ib. Condemnatus rem domino ſuo, etiam pretio, quod authori ſuo ſolvit, non recepto, reſtituere tenetur. theſ. 4. Licet b. f. & publice in foro illam emerit ſub expreſſa declaratione, quod illam domino, recepto pretio, reſtituere velit. ibid. Si res una a domino duobus diverſis temporibus vendita, præfertur, cui res illa prius eſt tradita. th. 5. Licet vendiderit Princeps. ib. Aut Eccleſia ſ. perſona eccleſiaſtica. ibid. Aut res prius Eccleſiæ, aut civitati vel pauperibus vendita. ibid. Modo in venditione venditori de pretio ſit ſatisfactum. ib. v. voc. Vindicatio.

RELATIO.

Relatio quid ſit? D. 56. theſ. 9. num. 3. Quid denotet? D. 95. theſ. 2. Fieri debet ad proxima & immediata. D. 77. p. 2. reſol. 7. num. 35.

ſi ex Relatione generali ſequitur inconveniens, tunc ultima non ad omnia præcedentia ſunt referenda. num. 29.

RELEGARE.

Relegari nequeunt delinquentes ultra terminos jurisdictionis a Magiſtratibus ſecundum jus civile, ſecus moribus. D. 141. theſ. 85.

RELEGATIO.

Relegatio ſimplex non eſt pœna criminalis. D. 69. th. 2. num. 10. Temporalis ultra decennium non durat. Diſp. 138. c. 3. art. 7. th. 4. num. 4. Non remoratur acquiſitionem uſusfructus paterni. D. 140. th. 13. num. 4. Quamdiu durat, tamdiu ſequitur infamia D. 159. c. 6. th. 21. num. 2. Fit interdum ultra territorium. numer. 3. Interdum mutatur in confinationem. numer. 4.

ad Relegationem in Ducatu Wirtembergico judex ſine judiciali atque ordinaria accuſatione procedere non debet. D. 69. th. 2. n. 11. Limitatur. n. 12.

RELEGATUS.

Relegatus ad tempus ante illud elapſum revertens, quomodo puniatur de Jure Civili? D. 65. th. 74. num. 1. De Jure Electorali Saxonico? num. 2. Fit infamis. D. 64. th. 28. num. 1. Retinet domicilium, ex quo relegatus eſt. D. 72. th. 19. num. 68. Licet in perpetuum, non amittit bona & jus civitatis.

tatis. num. 68. ſeq. Ad tempus non amittit *das Burgerrecht*. D. 141. theſ. 85. Foras ad honores admitti poteſt, ſi non ex cauſa famoſa ſit relegatus. ib. Amittit jus retractus in Ducatu Wirtembergico. D. 25. th. 2. Sine ulla temporis præfinitione perpetuo relegatus cenſetur. D. 138. c. 2. theſ. 3. n. 6.
Relegatorum corpora durante relegationis tempore illis in locis, ex quibus relegati, ſepeliri nequeunt. D. 141. th. 87.

RELIGIO.

Religionis habitum qui poſt 14. annum ſuſcepit, ut cogatur in religione permanere, in eo ſervatur triduum. D. 138. c. 3. art. 4. th. 4. num. 3. A mutatione catholici ſtatus eccleſiaſtici ſua territoria exemerunt per reſervatum eccleſiaſticum. D. 159. c. 6. th. 77. num. 5. Suæ exercitium an condominus in condominicato territorio inſtituere publice poſſit? c. 9. theſ. 22. n. 1. ſeq. Cura exterior ſoli Magiſtratui competit. Diſp. 165. theſ. 77.
Religionem mutandi & introducendi jus eſt ſequela ſuperioritatis. D. 159. c. 6. th. 77. num. 4. Competit etiam nobilibus immediatis. num. 3. Mutare nolentes ſubditi libere emigrare poſſunt. num. 6. An is, penes quem eſt Majeſtas, ubi de veriore conſtiterit, armis obtrudere debeat? D. 99. th. 85. ſeqq.
ob Religionem ſubditorum expulſio perniciosa. D. 159. c. 6. theſ. 78. num. 3.
de Religionibus diſputationes an interdictæ? D. 99. theſ. 87. ſeqq.

RELUERE.

Reluendi pignoris jus 30. annorum ſpatio non præſcribitur. Diſp. 19. theſ. 27.

RELUITIO.

Reluitio rei antichreſticæ pacto prohiberi non poteſt. D. 9. th. 64. Non præſcribitur. num. 3. Pacto ſimpliciter debitoris arbitrio relinqui poteſt. th. 63. num. 4.

REMEDIUM.

Remedium quid denotet? D. 84. th. 2. L. ſi contendat. ff. de fidejuſſ. v. voc. L. ſi contendat. Extraordinarium, ſi eſt ordinario pinguius, regulariter per ordinarium non excluditur. th. 58. n. 10.
Remedia pœnalia non tollunt remedia rei perſecutoria. D. 146. tit. 1. theſ. 6. n. 8.

REMISSIO DEBITI.

Remiſſio debiti eſt donatio. D. 20. th. 55. num. 3. Quando ex redditione inſtrumenti cenſeatur facta? v. voc. Chirographi redditio.

REMISSIO POENÆ.

Remiſſio futurorum delictorum nulla eſt. D. 6. th. 1. num. 3. Pœnarum adſcribitur ſupremo Principi, & ad regalia pertinet. th. 2. num. 5. & theſ. 3. n. 2. Non fit in illis pœnis, quæ Jure Divino & Naturali ſunt definitæ. th. 10. num. 3. In pœna capitali Blaſphemiæ. ibid. Homicidii doloſi. ib. Adulterii ibid. Quamvis in hoc aliud moribus obſervetur. ib. Non facile fit, ſi pœna Jure Gentium eſt definita. theſ. 11. Secus ſi delictum ſit mere civile, vel ex alio jure deſcendat. th. 12. num. 1. 2. Propter ſcandalum, ſcilicet ut ab ordinaria pœna recedatur. ibid.
Remiſſionis quæ ſit cauſa legitima? theſ. 13. Cauſa legitima non eſt, ſi puella reum condemnatum ſibi poſcat maritum. num. 2. Si condemnatus meretricem velit in uxorem ducere. ibid. In hoc caſu quandoque in favorem matrimonii mitior ſententia pronunciatur. ibid.
Remiſſionem ſeu impunitatem, quo delictum fateatur reus, judex merum imperium habens promittere non poteſt. theſ. 4. num. 2. v. Plura voc. Aggratiandi jus.

REMITTERE.

Remittere pœnas civiles Princeps, parte invita non poteſt. D. 6. th. 1. num. 4. Quam remiſſionem regulariter partis offenſæ remiſſio præcedere debet. ib. Sic Princeps generaliter delicti veniam concedens, non videtur præjudicaſſe læſo. ib. Niſi id faceret ex publica utilitate. ibid. Q. caſu, privato ex publico ſatisfaciendum eſt. ibid. Solet Princeps cum judicio & cauſa cognita. th. 1. n. 5. & th. 5. n. 2. Pœnam legibus definitam Magiſtratibus non licet. th. 4. num. 2. Hinc judex non ſit clementior lege. ibid. Neque in totum, neque pro parte judex inferior poteſt. n. 3. Niſi per viam juſtitiæ. ibid. Aut ex commiſeratione ætatis. ib. Aut ſi ex ſtatutis certa veniat pœna imponenda. ib.

Remittit privatus privatorum delictorum pœnas. th. 1. n. 4. Pœnam judex, ſi ea eſt talis, ut remitti poſſit. thes. 7. n. 1.

REMUNERATIO.

Remuneratio ex falſa cauſa facta an repetatur. D. 145. tit. 6. thes. 5. num. 1. 2. & th. 11.

RENUNCIARE.

Renunciare non poſſunt partes tranſigentes inſpectioni & cognitioni ultimæ voluntatis defuncti. D. 30. th. 8. Quilibet poteſt favori pro ſe introducto. D. 109. thes. 19. n. 1. D. 14. thes. 37. n. 4. Semel conſtitutæ obligationi, adverſario non conſentiente, nemo poteſt. D. 120. th. 42. n. 3. D. 4. th. 58. n. 3. Acquæſtui conjugali uxor non poteſt, ſi ſeſe legitimo modo cum marito ex cauſa ſocietatis obligavit. Diſp. 4. thes. 58. n. 3. Poteſt, ſi maritus ſolus contraxit. th. 71. Niſi ipſa fuerit prodiga. num. 6. Quomodo renunciet? th. 72. Heredes uxoris etiam renunciare poſſunt. th. 73. Juri, quod veriſimiliter ignorat, nemo præſumitur. D. 14. th. 38. n. 21.

Renuncianti juri ſuo non datur regreſſus ad illud, quod repudiavit. Diſp. 109. th. 20. n. 4.

RENUNCIATIO.

Renunciatio uſusfructus rerum adventitiarum a patre facta quid operetur? Diſp. 109. thes. 19. & 20. Tanquam ſpecies donationis non præſumitur; ſed evidenter probari poteſt. D. 122. thes. 8. n. 2. Adeo ut ex actu aliquo, etiam proximo, non inducatur, niſi de ea expreſſe agatur. ib. Nunquam præſumitur in illis, quæ fiunt ex juris neceſſitate. Diſp. 120. th. 8. n. 3. Generalis non ad ea, quæ quis ſibi competere veriſimiliter ignoravit, non extenditur. D. 14. thes. 38. n. 21. D. 154. tit. 5. §. 1. th. 45. n. 2. Beneficiorum non præſumitur. Diſp. 14. th. 12. n. 5. D. 15. th. 21. n. 5. Specialis per juramentum præſtitum in praxi præſumitur. D. 14. thes. 12. num. 7. Specialis beneficiorum competentium in foro & praxi requiritur. th. 38. n. 17. 18. De Jure Civili ſufficit generalis. n. 3. ſeqq. Generalis tantum operatur, quantum ſpecialis. num. 4. Eſt ſtrictiſſimi juris. D. 11. thes. 109. n. 6. D. 15. th. 20. n. 3. Exceptionis non tribuit adverſario aliis non competentem actionem. D. 15. th. 20. n. 4. Jurium non competentium diſpoſitionem non alterat. n. 7. Eſt quædam donatio. th. 21. n. 6. Succeſſionis. v. Succeſſio. Ex actu proximo non inducitur, niſi de ea expreſſe agatur. D. 11. thes. 109. n. 6. Generalis valida eſt, ſi renuncians utatur verbis generalibus, eandem mentem habentibus, ac ſi ſpecialiter renunciaſſet. D. 82. th. 22. num. 9. Vel ſi hæc ſubſequatur beneficia ſpecialiter expreſſa. num. 10. Officit heredibus. ibid.

Inepta, ipsum negotium non immutat. D. 83. th. 38. n. 11. seqq.

Renunciationem præcedere debet certioratio. D. 14. th. 38. n. 20. 23. D. 15. th. 51. n. 3.

contra Renunciationem in dubio judicandum est. D. 15. th. 20. n. 3.

Renunciatione semel facta pœnitere non licet. D. 4. th. 73. n. 2. D. 14. th. 38. n. 22. D. 60. th. 41. n. 1. Natura conditionalis promissionis non mutatur. D. 15. th. 20. n. 2.

REPETERE.

Repetere possunt domini, subditi & incolæ, quorum res a militibus in viis publicis, urbibus vel pagis, ausu temerario, privato, per vim & rapinam, surreptæ, res has ablatas non solum a militibus; sed & ab emptore & quovis tertio possessore, absque omni pretii refusione. D. 110. th. 5. n. 3.

Repetendi animum videtur habuisse impendens in rem alterius. D. 75. thes. 30. n. 4.

REPETUNDARUM CRIMEN.

Repetundarum crimen incurrit judex pecuniam accipiens, ut officium suum faciat aut non faciat. D. 141. th. 56.

REPRÆSENTATIO.

Repræsentatio & duplicitas vinculi non observatur in linea collaterali ultra fratres eorumque liberos. D. 68. p. 4. th. 17. n. 1. D. 87. p. 2. m. 2. thes. 36. n. 12. Locum non habet de Jure Electorali Saxonico quoad bona allodialia. Disp. 65. th. 49. n. 2. D. 87. p. 2. m. 2. thes. 43. n. 3. Non locum habet inter ascendentes. D. 86. th. 1.

in Repræsentante idem juris est, quod in repræsentata. D. 60. th. 23. n. 7.

REPRESSALIÆ.

Repressaliæ regulariter sunt prohibitæ. D. 122. th. 16. n. 8.

Repressaliarum jure si subditorum bona ultra debiti quantitatem capta fuerint, residuum restituendum est. ib. Jus in Imperio non obtinet, nisi erga exteros. D. 159. c. 6. th. 66. n. 2.

per Repressalias læsus quatenus contra tertium, cujus intuitu illæ sunt factæ, regressum habeat? D. 111. th. 37. num. 12.

RES.

Res quæ dicantur commercio hominum exemptæ? D. 58. thes. 26. n. 4. seqq. Quæ non in rerum natura sunt, nec futuræ sperantur, earum nullus est contractus. n. 3. Transeunt cum sua causa. D. 9. th. 66. n. 3. D. 15. th. 26. n. 2. In argumentum contractus, aut ejus munimentum data non infirmat, sed firmat potius negotium. D. 11. thes. 105. n. 3. Præsumitur durare in eo statu, in quo cœpit. D. 159. c. 9. th. 36. n. 2. Perit suo domino. D. 104. p. 1. c. 3. thes. 11. num. 4. Integra esse desinit, quando alterius incipit interesse. D. 100. th. 187. Pro derelicto habita, in alieno etiam solo inventa cedit & acquiritur inventori. D. 19. thes. 19. Disp. 118. th. 82. Religiosa nec cum universitate alienari potest. D. 86. th. 11. Soli immobilibus annumerantur. D. 125. c. 2. th. 4. n. 1. Ut & solo cohærentes. n. 2. Solo cohærere varie dicitur. th. 5. seqq. Solo cohærent natura quæ? thes. 6. Facto hominis quæ? th. 7. Per inædificationem quæ? th. 8. Per affixionem? th. 9. Per impositionem? th. 10. Per sationem & implantationem? thes. 11. Per infossionem? thes. 12. Furtiva si apud aliquem inveniatur, eo ipso possessor in delicti suspicionem incidit. D. 106. thes. 1. num. 8. Fungibiles quæ? D. 111. th. 57. Alienæ inter bona debitoris repertæ dominis suis sunt restituendæ. Disp. 126. c. 3. th. 5. num. 5. Etiamsi illius creditores nihil prorsus capiant. ibid. Nec eas vindicantes Edictali processui *dem Gandt-Process* sese immiscere tenentur. ib. Quæ nullius

lius ſunt, protinus eorum fiunt, qui primi poſſeſſionem earum apprehenderunt. D. 135. th. 15. n. 3. Univerſalis quid? D. 136. th. 8. n. 3. Singularis quid? n. 4. Inventa adverſus dominum præſcribitur ſex ſeptimanis in foro Saxonico. D. 138. c. 3. Art. 5. num. 5. Secus de Jure civili. ibid. Quænam & quotupliciter extra commercium eſſe dicantur, & quando earum emptio valeat vel non? D. 151. thes. 19. 20. Futuræ quotuplices? th. 25. ſeqq. Inter alios acta aliis non præjudicat. D. 153. §. 1. thes. 17. Alienæ quatenus in contractus deducantur? D. 151. th. 22. 23. Aliena ſi fuerit legata & dominus illam æquo pretio vendere nolit, liberatur heres præſtando æſtimationem. D. 130. th. 25. n. 4. Aliena in ſolutum vel in dotem dari poteſt. Diſp. 11. th. 55. n. 5.

Rei vitium purgatur, ſi res in poteſtatem domini pervenit, nec ſufficit, rem ad illum reverti, cui eſt ſurrepta. D. 19. thes. 28. Niſi dominus rei ſuæ furtum ipſe commiſit. ib. Ejusdem reciproca datio ex nova cauſa ſtatim & in continenti fieri poteſt. D. 11. th. 42. num. 3. Communis partem an quis poſſidere poſſit? D. 125. c. 3. thes. 5. n. 2. 3. Sitæ in loco res mobilis actione reali vel in rem ſcripta peti poteſt. D. 35. thes. 12. Licet reus ibi nec domicilium habeat & res tantum ad tempus ad illum locum translata. ib. Sitæ in loco reus forum ſortitur ſed tantum in actionibus realibus. D. 126. c. 2. th. 6. n. 5. Sub vocabulo generali facta comprehenduntur. D. 113. th. 19.

Rem alienam qui ſciens emit, re evicta regulariter contra venditorem nullum habet regreſſum, adeo ut nec pretium repetere poſſit. D. 54. th. 21. Non videtur adeptus is, qui ita nactus eſt, ut eam retinere non poſſit. D. 74. th. 28. num. 3. Furtivam magiſtratus nec ob expenſas in inquiſitionem delicti, & executionem pœnæ ex officio factas retinere poteſt. D. 46. thes. 6. Noſtram qui habet in ſua poteſtate, quantum in ſe eſt, efficere tenetur, ut in noſtram poteſtatem redeat. D. 106. th. 5. n. 1. Alienam quando fiſcus vendidit, quadriennium ſervatur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 3. n. 3. Abjiciens alteri occupationem concedit. D. 139. th. 13. num. 7. Limitatur. ib.

Re ſua uti qui impeditur, domino competit actio injuriarum contra impedientem. D. 105. th. 7. n. 2.

in Re ſua qui aliquid facit ad ſuam utilitatem, nemini facit injuriam. n. 3. Nemo quid facere poteſt, quo decus publicum diminuitur. th. 8. n. 4.

Rerum ſuarum quilibet moderator & arbiter. th. 7. n. 2. Suarum adminiſtrationem & diſpoſitionem ingenuis hominibus adimere, iniquum & odioſum. ib. Fungibilium dominium facilius tranſit. D. 111. thes. 57. n. 3. Incorporalium periculum datur. thes. 62. n. 1. Uſusfructus an poſſit conſtitui? Diſp. 140. th. 20. Appellatione, factâ relatione ad certum aliquem locum, non continentur jura & actiones, licet illarum inſtrumenta in illo loco reperiantur. D. 158. tit. 2. th. 88. n. 4.

de Rebus ſuis ut homines inviti aliquid facere cogantur, gravis injuria eſt, quæ inani honeſtatis colore velatur. D. 105. th. 7. n. 2.

RES JUDICATA.

Res judicata inter alios acta aliis non præjudicat. D. 60. th. 5. n. 2. Pro veritate habetur. D. 145. tit. 6. th. 8. n. 6.

Rei judicatæ ex cauſa quod ſolvitur, condictione indebiti non repetitur. ib.

poſt Rem judicatam debentur uſuræ centeſimæ. D. 64. th. 38. n. 1. Jure Hamburgenſi debentur tantum ſemiſſes. n. 2.

in Re judicata adversus fiscum retractanda triennium servatur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 3. n. 2. v. plura voc. Actio rei judicatæ. s. judicati.

RESCRIPTUM.

Rescripta tunc demum valent, si preces veritate nitantur. D. 16. th. 6. num. 8. 9. D. 24. th. 2. Principes justitiæ tempore Justiniani faciebant jus generale. D. 24. th. 1. Hodie secus est, ita ut nec inferiorum Principum rescripta jus faciant Provinciale. ib. Gratiæ per falsa narrata aut celatam veritatem impetratæ, sunt ipso jure nulla. th. 2. Justitiæ, ope exceptionis sub- & obreptionis infirmantur, etiam quoad capitula connexa, ib. Etsi his non cognitio, sed executio saltem data. ib. Aut addita clausula, ex certa scientia, omnibus remotis exceptionibus, aut motu proprio. ibid. Quid si sint juri, maxime divino, naturali &c. contraria. thes. 3. Semper impetranda, ne tertio fiat injuria. ib. Contra rem judicatam impetrata rejiciuntur. n. 1. Qui omissa appellatione talia impetrarunt, limine judiciorum repelluntur, ac ignominiæ pœna notantur. ib. Perpetuum habent vigorem. th. 4. Limitatur. ib. In causa communi petita omnibus prosunt consortibus. thes. 5. Legis vim habent. Disp. 134. thes. 32. n. 1.

Rescriptorum impetratorum in usu annus unus servatur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 2. n. 2.

Rescriptis semper subintelligitur clausula, salvo jure tertii. D. 24. thes. 3. num. 5. Semper inest conditio tacita, si res veritate nitatur. D. 139. th. 17. n. 12.

in Rescriptis hora multum importat. D. 138. c. 3. art. 2. th. 2. n. 5.

RESERVATUM.

Reservata Imperatoris quænam? v. voc. Regalia.

per Reservatum ecclesiasticum catholici ecclesiastici sua territoria exemerunt a mutatione religionis. Disp. 159. c. 6. th. 77. n. 5.

RESIDUUM.

Residuum debiti ut peti possit, requiritur ut debitum fuerit efficax, quod aliquando exigi potest. D. 122. th. 3. n. 1. Sic excipitur debitum naturale tantum. n. 2. S. illud sit ex obligatione naturali plena, s. minus plena. ib. Sic etsi hujus debiti pars soluta, non statim residuum restat solvendum. ib. Limitatur. ibid. Ut & debitum civile tantum. num. 3. Cujus soluti pars repetitur per condictionem indebiti. n. 5. Dicitur, ubi pars debiti quocunque modo est soluta, aut extincta, aut remissa. th. 4. n. 1. 8. illiusque debiti pars residua restat solvenda. thes. 5. Secus si reliqua quoque pars acceptilatione &c. extincta aut remissa. n. 2. Venit ex iisdem causis, ex quibus totum descendit debitum. th. 6. n. 1. Salvum manet parte debiti soluta, aut ex lege remissa. n. 2. seqq. Cujus exemplum est in Recess. Imper. Noviss. th. 7. seqq. Aut in creditore ex legis dispositione particularem solutionem admittente. th. 8. Quod creditores ob beneficium competentiæ consecuti non sunt, adhuc civiliter & naturaliter debetur. thes. 9. n. 3. Restituendum est, si subditorum bona jure Repressalium ultra debitam quantitatem capta. th. 16. n. 8. Exigunt creditores, quibus illud vel ex jure in re, vel ad rem debetur. thes. 23. n. 1. Vel ex conventione, vel ex delicto. ib. Creditores s. sint primi s. secundi. n. 2. S. sint successores singulares, s. universales. n. 2. 3. Petendum a debitoribus & qui in horum locum successerunt. th. 24. Consistat in quibus rebus, nihil interest. th. 26. Iisdem actionibus regulariter petitur, quibus totum. thes. 27. Limitatur. n. 3. 4. Petere nequit, qui viginti annis

nis præstationes recepit in minore summa. D. 138. c. 3. art. 7. thes. 5. n. 4. In actionum & nominis venditione & cessione, quod pretii quantitatem excedit, & ab emptore exigi nequit, cujus lucro cedat? D. 153. §. 2. th. 75. & th. 77. seqq.

Residui homonymia. D. 122. th. 1. n. 1. seqq. Synonymia. n. 7. Definitio. th. 2. n. 1. 2. Exactio tam in pignore judiciali, quam conventionali locum habet. th. 16. n. 4. Tollitur iisdem modis quibus obligatio totius solvitur. th. 31. n. 2. Quando ipso jure tollatur? n. 1. seqq. Quando ope exceptionis? th. 32.

ad Residuum obligati debitores vocantur reliquatores. th. 1. n. 7. Exigendum, licet legitima competat actio, illa tamen sæpius in certum casum vel tempus differtur. th. 28. n. 1. Exempla. num. 1. seqq.

Residuo semel remisso, ad id non datur creditori regulariter regressus. th. 33. n. 1. Licet debitor ad pinguiorem fortunam pervenerit. n. 1. 2. Nisi suo vitio inopiam aut remissionem debitor causaverit. n. 3. Q. casu condictioni ex turpi causa obnoxius est. n. 4.

RESIDUI CRIMEN.

Residui crimen committit, qui pecuniam in salaria professorum destinatam in suos usus convertit, & jure civili tertia parte amplius punitur. D. 141. th. 60.

RESOLVERE.

Resoluto jure dantis, resolvitur & jus accipientis. D. 9. thes. 39. num. 4. & thes. 66.

RESPONDERE.

Respondere obscure & nihil paria sunt. D. 55. th. 5. n. 4.

RESPONSA.

Responsa prudentum annumerantur juri scripto. D. 52. th. 30.

RESPONSIO.

Responsio *ich glaub es nicht*, habetur pro negativa. D. 35. th. 1.

RESPUBLICA.

Respublica subalterna utrum jus sibi publicum, juri publico generali contrarium ejus Reip. cui est subalterna, statuere possit? D. 165. th. 92. Minorum jure utitur. D. 131. thes. 88. n. 3. Quid? D. 59. th. 21. n. 3. 4. Habet in bonis debitoris personale privilegium. ibid. Quod alteri cedere nequit. thes. 46. n. 2.

Reipublicæ interest ne sua re quis male utatur. D. 120. th. 17. n. 2. In salute salus singulorum, & Reip. salus in singulorum ope posita est. Disp. 3. thes. 40. n. 4.

in Republica ubi est summa potestas superiorem non recognoscens, ibi est majestas. D. 6. th. 2. n. 4. Etiamsi sit minima civitas. ib.

RESTITUERE.

Restituere debet reus, in Rei Vindicatione condemnatus, rem domino, etiam pretio, quod authori suo solvit, non recepto. D. 37. th. 4. Licet illam b. f. & publice in foro emerit sub expressa declaratione, quod illam domino, recepto pretio, restituere velit. ib.

Restituenda an & quomodo sint mobilia ab hostibus recuperata? D. 54. thes. 49. D. 116. th. 87. D. 118. th. 98.

Restituitur minor adversarii dolo deceptus, licet & ipse dolo malo se majorem dixerit. D. 33. th. 11. Absens si procurator relictus absentem non legitime defenderit, ad totam causam; si vero legitime defen-

defenderit, tantum ad interponendam appellationem, a procuratore omissam. D. 34. th. 4. S. procurator sit solvendo, s. non. ib. An relegatus? thes. 8.
non Restituitur minor sua facilitate lapsus & læsus contra matrimonium. Disp. 33. th. 10. Contra venditionem sub hasta fiscali factam ex causa ætatis. thes. 15. Nisi, ob privata debita pignora, licet publice sub hasta, fuerint distracta. ib. Adversus solutiones sibi ex decreto judicis factas. thes. 16. Qui voluptatis causa abest. D. 34. th. 9.
Restituuntur Ecclesiæ, & pia loca, Reipubl. civitates &c. D. 33. th. 18. Studiorum causa absentes. D. 34. thes. 5. Mercatores, sed quando? th. 7.

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

Restitutio in integrum omnia in pristinum statum restituit. D. 56. th. 23. num. 2. Ob causam ætatis personale est beneficium. D. 13. th. 7. n. 11. Non habet locum contra præscriptionem criminum jam impletam. D. 61. th. 24. num. 3. & th. 26. n. 14. Famæ, existimationis, honorum impetrata omnem abolet maculam, ita ut restituto amplius a nemine, nisi injuriarum teneri velit, infamia objici possit. D. 166. th. 84. Minoris contra malæ fidei possessorem indistincte porrigitur. D. 53. th. 48. Secus si contra b. f. possessorem. ibid. An & quatenus contra tutorum vel curatorum transactiones locum habeat? Disp. 30. th. 4. Ex causa justitiæ petita suspendit executionem. D. 33. th. 1. Ita ut nec mandata nec inchoata perfici possit. ib. Etiam contra instrumentum publicum & guarentigiatum, vel etiam rem judicatam petita. ib. Vel etiamsi minor, petens restitutionem, eidem simpliciter renunciaverit. ibid. Aut petatur ad omissam exceptionem perpetuo opponendam. ib. Vel ad omissam probationem deducendam. ib. Vel ejus causa altiorem indaginem requirat. ib. Vel petens læsionis probationem in promptu non habeat. ibid. Vel sententia sit in consistorio lata. ib. Vel in secunda instantia confirmata. ib. Limitatur nisi calumnia petentis sit manifesta. ibid. Aut contra ipsum adsit calumniæ & tergiversationis suspicio. ibid. Aut executio nequeat retractari. ib. Ex causa gratiæ per supplicationem petita, nondum tamen impetrata, executionem non suspendit. ib. Executionem, etiam trium sententiarum conformium suspendit. D. 119. th. 29. Non est necessaria, ubi actio adhuc est salva. D. 130. thes. 19. n. 4. An necessaria pupillo, solutionem recipienti? num. 3. seqq. Competit contra solutionem tutori vel curatori factam. thes. 20. n. 4. Nisi præcesserit judicis decretum. th. 21. An omnibus, procuratorum dolo vel culpa læsis, & his non existentibus solvendo, concedatur. D. 131. thes. 92. n. 3. 4. Quandoque datur, si tempus implendæ conditionis præterierit. Disp. 139. th. 17. n. 5. Minoris, sua facilitate lapsi, regulariter non prodest fidejussori. D. 33. th. 12. Ex causa ætatis suo nomine impetrata, nec minoribus, nec majoribus prodest consortibus, in causa sc. dividua. thes. 13. Secus in causa individua. ib. Ex causa ætatis regulariter contra tertium possessorem non datur. th. 14. Minorum præscribitur quadriennio, quod nec ignoranti læsionem currit post 25. ætatis annum. th. 17. Nec præscribitur ex causa ætatis ante 25. annos. D. 118. th. 8. Etsi majorennis quis fiat 18. anno ib. Datur præsenti, læso propter absentiam adversarii qualemcunque. D. 34. th. 3. Nisi absens procuratorem reliquerit. ibid. Aut ad præsentis interpellationem spontaneus sese obtulerit defensor. ib. Datur

tur legatis & deputatis non tantum ad Comitia Imperii, ſed & ad conventus circulares. th. 4. S. procuratorem reliquerint, ſ. non, an locum habeat, ſi minor injuriatus intra terminum præfixum actionem injuriarum non intentaverit? D. 116. th. 96.

Reſtitutionis in integrum imploratio ex cauſa ætatis magis perſonalis quam realis actionis naturam ſequitur. Diſp. 33. th. 14. Tempus minoribus conceſſum, natu etiam majoribus conducit in cauſa individua. D. 116. th. 13. In quibusdam cauſis an duplex judicium & pronunciatio ſit neceſſaria? thes. 14. In petitione ſpeciali opus eſt voluntate. D. 139. th. 10. n. 2.

Reſtitutioni in integr. locum facit impedimentum facti, vel juris extrinſecus ſuperveniens. D. 34. theſ. 2. Quod etiam de belli calamitate dicendum. ib. Quid hodie in uſu? ibid.

Reſtitutionem in integrum impetrat minor, qui repudiavit hereditatem. D. 53. theſ. 46. Licet illa ab alio fuerit diſtracta. ibid. Habent abſentes ex cauſa neceſſaria laudabili, aut indifferenti, itemque voluntaria laudabili. theſ. 50. S. reliquerint procuratorem, ſ. non. ibid. Petentis calumnia ſi manifeſta, etiam cautione non præſtita, ſententia executioni mandanda eſt. D. 33. theſ. 1. Fruſtra petit ex cauſa metus, vendens aliquid minoris, metu hoſtis venientis. th. 2. Jure petunt minores, læſi in alienatione immobilium cum decreto Magiſtratus facta. th. 6. Licet veniam ætatis impetraverint. ib. Aut, uti in Ducatu Wirtemb. ob contractum matrimonium bonorum ſuorum alienationem conſecuti. ibid. Quid in Saxonia? ib. An impetrare poſſint minores, qui vigeſimum annum attigerunt? th. 7. Petentes minores læſionem probare debent. th. 8. D. 53. th. 47. Limitatur ſi propter deſertam appellationem, aut omiſſam probationem petant, aut ſi alienationem ob neglecta requiſita neceſſariam nullam dicunt. D. 33. th. 8. Petere poſſunt Juris Doctores, minores, citra juris ignorantiam ſ. errorem læſi. theſ. 9. Turpiter petit Doctor in iis cauſis propriis, quæ Juris ſcientiam concernunt. D. 160. theſ. 13. n. 6. Quando Doctor petere poſſit? ib.

per Reſtitutionem in integrum juramentum reſcindi non poteſt. D. 139. th. 6. numer. 11.

Reſtitutione opus non habet, ſuo jure agere impeditus, ſed ipſo jure tutus eſt. Diſp. 34. theſ. 2.

in Reſtitutione minoris locum habet computatio temporis naturalis. D. 138. c. 3. art. 1. theſ. 4. num. 2.

RETENTIO.

Retentio quid? D. 123. th. 2. introducta a jure civili. th. 4. Fit vel ipſo jure. theſ. 3. num. 1. 2. 3. Quæ locum habet tantum in debitis liquidis. th. 6. num. 1. Vel ope exceptionis. theſ. 3. num. 7. Quæ in debitis illiquidis etiam locum habet. th. 6. num. 2. ſeqq. Licet facile & brevi temporis ſpatio liquidari non poſſint, aut cautio ab adverſario opponatur. theſ. 7. Quoad cautionem oblatam hodie Judicis arbitrio relinquitur. theſ. 8. Absque pignore ſubſiſtere poteſt, & latius patet, quam hypotheca. th. 19. th. 23. num. 3. & theſ. 25. num. 5. 6. Locum non habet in depoſito. th. 24. num. 3. Nec donec expenſæ ſolvantur. D. 19. th. 50. Diſp. 149. tit. 3. §. 2. theſ. 7. num. 3. Contra uxorem propter expenſas in rebus dotalibus factas. Diſp. 123. theſ. 24. num. 6. In cadavere debitoris. num. 7. In actis publicis, quæ exhiberi Reip. intereſt. num. 8. An in libris ſtudioſorum & armis? num. 10. 11. Differt a pignore conventionali. theſ. 25. n. 1. 2. 6.

2. 6. ſeqq. Fit propria authoritate. n. 1. Plerumque invito debitore. n. 3. Privatæ executionis ſpecies eſt. ibid. Differt a tacita hypotheca. num. 4. 5. A pignore. num. 6. ſeqq. Per ſe nullam actionem, ſed exceptionem ſaltem producit. num. 8. Locum habet extincto licet pignore. num. 6. Nullum tribuit jus prælationis. numer. 10. 11. Liberat creditores ab onere agendi, illosque in poſſeſſione conſervat. th. 30. Tollitur obligatione, propter quam competiit, extincta. theſ. 25. num. 9. & theſ. 32. n. 1. 2. Solutione. th. 32. n. 3. Acceptilatione. num. 4. Ceſſat renunciatione. num. 5. Facta vel verbis vel facto. num. 6. Amittitur abuſu. num. 7. Non datur illis, qui eam per malitioſas & frivolas liquidationum dilationes in infinitum protrahere malitioſe conantur. n. 8. 9. Eſt compenſationis ſpecies. theſ. 3. num. 6.

in Statutis verborum proprietati non semper inhærendum. D. 120. th. 7. n. 4. D. 58. th. 12. n. 11. Vocabuli proprietas maxime est consideranda. D. 128. c. 2. th. 19. n. 5. Sub nomine personæ an comprehendatur universitas? D. 131. thes. 7. n. 2. Vocabulum pignoris si positum, latam significationem regulariter retinet. D. 158. tit. 1. th. 5. n. 2. & th. 7. n. 3. v. plura voc. Provinciale jus.

STELLIONATUS.

Stellionatus conveniri potest, qui in foro offert ultra pretium ordinarium, ut altercarius emat. D. 100. th. 325. Crimen non committit vendens rem duobus diversis contractibus, sed committit falsi crimen. D. 62. th. 61.

STIPULATIO.

Stipulatio & pactum moribus nostris quoad effectum non differunt. D. 64. th. 42. n. 3. Non fit per epistolam. D. 78. th. 27. n. 3. Pœnalis sponsalibus addi nequit. D. 11. th. 59. D. 113. th. 11. n. 4. 5. Quæ sit? D. 11. th. 70. n. 4. D. 113. th. 11. n. 4. Valet inter mercatores alteri facta & acquiritur tertio actio. D. 100. th. 121. Si impersonaliter concepta, v. gr. dabis, dabitur, tamen valet. D. 19. th. 53. Pœnalis in eum casum, si quis luserit, facta est valida. D. 42. th. 8. Sine causa facta ipso jure valet, & actionem producit, sed eliditur exceptione. D. 118. th. 45. D. 106. concl. 46. Contracta, quoties solennitas interrogationis & subsecutæ responsionis intervenit. D. 107. th. 11. num. 8. An per nuncium fieri possit? th. 31. n. 4. 5. Pœnalis a conditione incipere potest. D. 113. thes. 40. n. 1. seqq. Modo de hac paciscentium voluntate & intentione, quod promissoris coercendi gratia aliquid promittere voluerint, constet. th. 41. n. 1. Vel ex pœnæ vocabulo, vel aliunde ex aliis circumstantiis. n. 2. 3. 4. Alias stipulatio non est pœnalis sed simplex conditionalis. th. 42. Pœnalis si pœnam in casum pœnitentiæ quis stipulatus, pœnitentiam non excludit, pœna tamen a pœnitente promissa petitur. th. 43. n. 8. Pœnalis pactum nudum non nudum minime reddit. ib. Ita facta, me heredem scribere, & nisi feceris, centum dare spondes? tanquam contra bonos mores facta, utique est nulla. thes. 49. Quæ per se utilis est, per aliam inutilem non vitiatur. th. 56. n. 7. Ubi duplex est, posterior pœnalis & impossibilis priorem non vitiat. D. 139. th. 17. num. 23.

Stipulationis contractum muti celebrare ne-

nequeunt. th. 13. n. 11. Ad ſubſtantiam non requiritur numeratio realis. D. 142. ſ. 3. th. 10. n. 7.
ad Stipulationem præciſe verba requiruntur. D. 139. th. 13. n. 11. D. 164. th. 88.
Stipulatione pœnali an prior novetur obligatio ſ. promiſſio? Diſp. 113. th. 58. ſeqq.
in Stipulatione verborum, non vero interrogationis ac reſponſionis ſolennitas remiſſa eſt. D. 83. th. 7. n. 7.
Stipulationes prætoriæ perſonas deſiderant, & pignora regulariter reſpuunt. D. 125. c. 2. th. 18. n. 2. v. plura voc. Actio ex ſtipulatu. Condictio certi ex ſtipulatione.

STUDIOSUS.

Studioſus vendens libros ſuos infamis eſt infamia facti. D. 160. th. 7. n. 11.
Studioſi libros cremantis ad ſuſpendium condemnati exemplum. n. 10.
Studioſo licet fabrum, ſtudia turbantem, domo expellere. n. 12.
ad Studioſum miſſus nuncius in loco ſtudii perſonaliter arreſtari non poteſt. D. 123. th. 63. n. 7.
pro Studioſo ſimpliciter habendus eſt matriculæ inſcriptus, donec, qui contrarium aſſerit, id legitime probet. D. 160. th. 7. n. 1.
Studioſi redeuntes de novo pro immatriculatione aliquid ſolvere non tenentur. ib. Non immatriculati pro ſtudioſis an habeantur? n. 2. Qui nullam libris dant operam, & non vivunt ſecundum mores ſcholaſticos ſunt infames infamia facti. n. 8.
Studioſorum ſecuritas competit etiam illorum nunciis. D. 107. th. 63. num. 6. Libros an retinere quis poſſit ob debitum? D. 123. th. 24. n. 10. 11. In libris tacita hypotheca non conceditur, nec executio fieri poteſt. ib.
Studioſis abeuntibus jus matriculæ durat regulariter quinquennium. Diſp. 160. th. 7. n. 1.

STUDIUM.

Studiorum gratia legatum relictum, ſi legatarius a ſtudiis deſiſtat, reſtituendum. D. 97. th. 20. Sumptus an fratri inopi præſtandi veniant? D. 87. p. 2. m. 1. th. 25. n. 5.
Studiis operam dare an liceat die feriato? D. 138. c. 2. th. 3. n. 3. Aptiſſimum eſt tempus nocturnum. c. 3. art. 3. th. 2. num. 5.

STUPRATA.

Stuprata vi nec macula notatur. D. 141. thes. 34. Dicitur a quibusdam virgo. ibid.

STUPRATOR.

Stuprator in Ducatu Wurtemb. viduam non tenetur dotare, ſed virginem. D. 141. th. 35.
Stupratorem puellæ pater actione injuriarum convenire poteſt. D. 116. th. 98.

STUPRUM.

Stuprum quomodo puniatur? D. 64. th. 99. D. 65. th. 62. n. 1. Quomodo de Jure Electorali Saxonico? D. 65. th. 62. n. 2. De Jure Hamburgenſi? D. 64. th. 99. n. 2. 4. Meretrici non infertur. D. 65. th. 64. n. 1. Præſcribitur quoad pœnam quinquennio. D. 61. th. 15. Limitatur. n. 3. Attentatum Jure Carolino arbitrarie punitur. D. 69. th. 20. n. 1. Quomodo de Jure Wurtembergico? num. 2. ſeqq. Violentum paſſa, quod avertere potuiſſet pecunia data, non omni caret macula. D. 33. th. 3.
ob Stuprum damnati laborant infamia juris. D. 31. th. 9. D. 54. th. 3. D. 118. th. 5. Nobilitatem amittunt. D. 118. thes. 5.

STYLUS.

Stylus quoties infringitur, non valet id,

quod agitur. D. 78. th. 34. n. 5. Judicii & curiæ pro lege est servandus. D. 94. th. 34. n. 3.

SUBDITUS.

Subditus, si alicujus loci sint plures subordinati superiores, est certo respectu mediatus & immediatus. D. 72. th. 48. & thes. 50. n. 172. An fiat Princeps vel alius Status Imperii in alterius territorio vel municipio domicilium constituens? thes. 50. n. 170. Quid si sit nobilis immediatus? num. 171. Verus est, qui domicilium constituit, licet non præstiterit juramentum. th. 51. n. 175. Multo strictius obligatur suo Principi, quam vasallus. th. 53. num. 184. Communis censetur, qui in territorio communi habitat. D. 159. c. 9. th. 2. n. 3. Ratione subjectionis ab alio conventus an possit nominare dominum? D. 106. thes. 14. n. 4. In causis, ubi Reip. periculum imminet, denunciandis, nuncium mittere potest & tenetur. D. 107. th. 16. n. 3.

Subdito utrum contra præscriptum legis, si ea in certo casu publicum bonum impediat, agere fas sit? D. 165. th. 104.

Subditum facit domicilium. D. 72. th. 50. Non facit feudum vel officium. th. 53.

Subditi an ad operas nocturnas domino teneantur? D. 138. c. 3. art. 3. th. 2. num. 8.

Subditorum bona si jure repressalium ultra debiti quantitatem capta fuerint, residuum est restituendum. D. 122. th. 16. n. 8. An hoc sit licitum? ibid. Interest non habere plures dominos. D. 159. c. 10. th. 10. n. 4.

Subditis oppressis omnibus fas est auxilium superioris requirere. D. 167. th. 7. num. 4.

SUBHASTATIO.

Subhastatio est optimum remedium fraudibus circa rerum distractionem, occurrentibus obviandi. D. 7. th. 27. n. 2. Necessaria quandoque est in alienatione rerum immobilium. n. 2. 3. Quando in pignoris distractione requiratur? D. 66. th. 87. n. 3. Facienda diebus nefastis. th. 88. Secus de Jure Wurtembergico. n. 2.

contra Subhastationem an succurratur minori? D. 100. th. 332.

in Subhastatione tempora licitationum arbitraria sunt. D. 66. th. 88. num. 3. seqq. An liberetur per licitatorem secundum primus? Disp. 100. thes. 331. Publica an locum habeat L. 2. C. de resc. vend. th. 330.

SUBJECTIO.

Subjectionem probat comparitio *auf denen Landtægen*. D. 159. c. 6. th. 14. num. 2. An arguat, si quis alienis legibus, quatenus suis constitutionibus repugnant, in suo territorio uti permiserit? D. 165. th. 113.

SUBSCRIPTIO.

Subscriptio & sigillum fidem habet publicam. D. 159. c. 9. th. 13. n. 2. Sine sigillo idem operatur, quod subscriptio cum sigillo. D. 66. th. 26. n. 1. Vel sigilli appositio consensum inducit. th. 55. n. 2. Totam scripturam repræsentat, tantumque operatur quam holographum. D. 139. th. 13. n. 5.

Subscriptionis vim habet sigillatio. D. 134. th. 27. num. 2. Limitatur. num. 3.

Subscribere idem est, quod consentire. D. 139. thes. 13. n. 5.

Subscribens totam scripturam approbasse censetur. ibid. Limitatur. ib. Præsumitur fateri omnia, quæ in scriptis continentur. Disp. 35. thes. 43. num. 4. D. 78. thes. 35. num. 10. D. 83. th. 11. num. 2. Licet quis se generaliter subscripserit. D. 35. th. 43. num. 5.

SUB-

SUBSISTERE.

verbum, Subſiſtere, quid in jure denotet? Diſp. 104. p. 1. cap. 2. theſ. 6. num. 2.

SUBSTITUERE.

Subſtituit pater filio pupillariter ad annum quartum-decimum. Diſp. 138. cap. 3. art. 7. theſ. 4. num. 8.

Subſtituente vulgariter fratre filio ſuo heredi fratres ſuos, germani prius ſubſtituti videntur. D. 87. p. 2. m. 2. th. 7. numer. 3. ſeqq. Limitatur. num. 10.

Subſtitui poteſt exheredatis pupillariter. Diſp. 19. theſ. 40.

Subſtitutus Subſtituto etiam eſt ſubſtitutus inſtituto. Diſp. 116. th. 67. Si eſt vulgariter a patre extraneus filio, an hic vi tacitæ pupillaris ſubſtitutionis excludat fratrem pupilli defuncti? D. 87. p. 2. m. 2. th. 12.

Subſtituti ſi ſunt heredi ſuo fratres, eorumque liberi ſub nomine collectivo, & antequam caſus ſubſtitutionis eveniret, alter ex fratribus, relictis liberis, diem obiret, an ſuperſtes liberos prædefuncti a ſucceſſione excludere debeat? Diſp. 70. theſ. 27. 28.

Subſtitutis ſibi invicem heredibus inſtitutis filiis primi & ſecundi matrimonii a patre, heredi deficienti fratres conſanguinei & germani ſubſtituti videntur. D. 87. p. 2. m. 2. theſ. 9.

SUBSTITUTIO.

Subſtitutio pupillaris in filiis uſque ad XIV. in filiabus vero uſque ad XII. ætatis annum durat. D. 68. p. 3. th. 24. Jure Wurtembergico terminus eſt in utriſque XVI. ætatis annus, naturaliter computatus. n. 2. Pupillaris tacita excludit matrem. th. 25. n. 2. Contrarium in praxi & jure Wurtembergico receptum eſt. n. 2. 3. Etiam hodie, ſi frater pupilli germanus vel conſanguineus ſubſtitutus eſt. D. 87. p. 2. m. 2. th. 10. Secus ſi frater teſtatoris ſit ſubſtitutus, qui matrem pupilli de praxi non excludit. th. 11. Limitatur. n. 4. Ubi ſubſtituta eſt pia cauſa pro exoneratione conſcientiæ, matrem pupilli excludit. D. 70. c. 5. th. 2. n. 9. & th. 3. n. 5. 6. 7. Excludit fratrem pupilli, licet ſubſtitutus ſit minus favorabilis ac dilectus. th. 3. n. 7. Expreſſa matrem excludit etiam a petitione legitimæ. D. 68. p. 3. th. 26. num. 1. D. 65. th. 47. n. 1. Contrarium obſervatur in Jure Saxonico & Wurtemb. ib. Tota dependet ex voluntate & affectione patris ſubſtituentis. D. 87. p. 2. m. 2. th. 9. n. 5. Si facta a patre fratribus germanis & conſanguineis inter ſe invicem, heredi impuberi decedenti fratres germani & conſanguinei ſubſtituti cenſentur. th. 8. Non fit a matre. D. 68. p. 3. th. 27. Jure Wurtembergico fieri poteſt in bonis ab illa profectis, & deficiente ſubſtitutione aſcendentium paternæ lineæ. n. 2. 3. Ut & exemplaris nec hodie in deſuetudinem abierunt. D. 87. p. 2. m. 2. th. 13. n. 9. Facta a patre filio ſuo, ſubſiſtit, licet teſtamentum patris impugnatum ſit. th. 27. n. 6. 7. Exemplaris ſubſiſtit, ſi contineat ſubſtitutum vel unum ex furioſi deſcendentibus, vel his deficientibus ejus germanos vel conſanguineos fratres. D. 68. p. 3. th. 28. n. 1. D. 87. p. 2. m. 2. th. 13. Jure Wurtemberg. omnes deſcendentes ſubſtitui debent. D. 68. p. 3. th. 28. n. 2. 3. Si eſt facta a matre, fratres uterini etiam ſubſtitui poſſunt. D. 87. p. 2. m. 2. th. 13. n. 4. ſeqq. Subſiſtit, ſi vel unius frater aut ſoror mente capto ſubſtituta ſit. p. 2. m. 2. th. 14. & p. 1. th. 11. n. 14. Licet ſubſtitutus frater ſit conſanguineus & adſint germani. p. 2. m. 2. th. 14. n. 2. ſeqq. Nulla eſt, ſi mente capto extraneus fratre præterito,

rito, ſubſtitutus ſit. n. 7. Ampliatur. n. 8. Suſtinetur reſpectu perſonæ teſtatori dilectæ, deficiente licet inſtitutione. D. 70. c. 3. th. 2. n. 2. Si facta eſt a prorſus extraneo, ſpecialiter nominatus ſimpliciter præferendus eſt vocatis ſub nomine collectivo. c. 4. th. 8. n. 6. Limitatur. num. 7. Liberorum naturalium facta filio legitimo in caſu deficientium maſculorum legitimorum intelligenda eſt de liberis naturalibus maſculis, non de fœminis. c. 5. th. 8. n. 3.

SUCCEDERE.

non Succedit Collegium Doctorum, Doctore ſine herede decedente. D. 85. c. 3. th. 16. n. 4.

a Succedendi jure ex ſtatuto ad collationem non valet conſequentia. Diſp. 77. p. 2. reſol. 1. n. 80.

de Succedendo pacta affirmativa ſunt invalida. D. 68. p. 3. th. 17. Niſi inter milites & armorum fratres. D. 87. p. 1. thes. 6. n. 8. 9. Pacta valent moribus noſtris inter perſonas illuſtres. D. 64. th. 81. n. 3. D. 87. p. 1. th. 6. n. 10. Et Jure Wurtembergico inter conjuges. D. 68. p. 3. th. 17. n. 3.

SUCCESSIO.

Succeſſio nulla eſt affinitatis jure. D. 5. diſs. 2. th. 40. n. 3. Legitima defertur ſecundum leges territorii, in quo defunctus, licet alibi mortuus, & bona immobilia extra illud territorium habuerit, domicilium habuit. D. 72. th. 51. n. 179. Quid ſi fuerit poſſeſſor domus privilegiatæ, *eines Freyhauſes?* n. eod. Vel ſi quis duobus in locis domicilium habuerit? th. 57. n. 207. Ab inteſtato non eſt inter fratres conventionales ſeu juratos. D. 87. p. 1. th. 6. num. 7. Inter fratres ſpirituales, licet omnes reliqui deficiant heredes. th. 8. n. 6. Inter fratres naturales, qui eundem habuerunt patrem illegitimum. p. 2. m. 2. th. 20. n. 3. & thes. 51. n. 7. Ab inteſtato etiam in rebus ſua natura mobilibus, ad certum tamen locum perpetui uſus gratia deſtinatis, fieri debet ſecundum ſtatuta & jura loci, ad quem deſtinatæ ſunt. Diſp. 54. th. 38. Licet mortis tempore ſecuritatis cauſa alibi reperiantur. ib. Tam lata eſt, ut & fœminæ in allodialibus ad territorium admittantur. D. 159. c. 4. th. 19. num. 4. Omnis dormit, ubi jus primogenituræ viget. th. 20. n. 1.

Succeſſionis legitimæ omnes extra matrimonium nati incapaces in Gallia habentur. D. 87. p. 2. m. 2. th. 53. n. 9. Legitimæ ad effectum non ſufficit aliqua cognatio, niſi ob illam lex hereditatem quoque deferat. th. 51. n. 6. Ob ſpem conſanguinei tutelam ſuſcipere coguntur. D. 5. diſs. 2. th. 40. n. 2.

ad Succeſſionem vel hereditatem defuncti ſtatutum admittens conjuges ſuperſtites cum illius liberis, ſtrictiſſime accipiendum eſt. Diſp. 77. p. 2. reſol. 1. num. 79.

in Succeſſione pupilli defuncti an tutor dativus tanquam extranea perſona, non extantibus cognatis, vel agnatis, fiſco præferatur? D. 166. th. 171. Mobilium ſtatuta domicilii attenduntur. Diſp. 116. thes. 82. Licet defunctus alibi mortuus. ib.

Succeſſiones inteſtati an potiſſimum dependeant a dilectione & beneficentia defunctorum? D. 70. c. 1. th. 2. & ſeqq. Ab inteſtato, licet ex legis diſpoſitione maxime dependeant, non tamen hic dilectio & benignitas defunctorum excluditur. th. 9. Profeſſorum, Principum & Aularum officialium ſecundum Magiſtratus oppidani ſtatuta ſingularia non deferuntur. D. 72. th. 58. n. 210.

SUCCESSIO ASCENDENTIUM.

Successionem in bonis liberorum patri leges deferunt. D. 109. th. 30.
ad Successionem fratris defuncti fratres naturales tantum cum matre nunquam concurrunt. D. 87. p. 2. m. 2. th. 52. num. 18.
a Successione Jure Saxonico ascendentes excludunt fratres. th. 38. An de Jure Lubeccensi excludant fratres? n. 4.
in Successione fratribus consanguineis & uterinis præferuntur ascendentes. th. 36. Cum germanis vero succedunt in capita. n. 2. Ampliatur. n. 3. seqq.
Succedit mater deficientibus descendentibus, una cum patre filio suo, & avum excludit paternum. Disp. 140. th. 35. num. 4.
Succedunt novo jure, si filius defunctus, nullis relictis liberis, pater, mater & frater ejus ex utroque latere junctus, simul pro portionibus virilibus, nullo reservato patri usufructu. th. 24. n. 1. Parentes una cum fratribus defuncti germanis, liberis, qui a parentibus portionem bonorum acceperunt, & hereditati renunciarunt, prædefunctis. D. 64. th. 87. n. 1. Jure Hamburg. hoc in casu fratres germani excludunt parentes. n. 2. 3. Cum ascendentibus in capita defunctorum fratres & sorores germani. thes. 86. n. 1. Secus de Jure Saxonico & Hamburg. num. 2. 3. Limitatur. n. 4. Simul cum fratribus & sororibus germanis avus & avia. th. 88. Secus de Jure Saxon. & Hamburg. n. 2. 3. Fratres vero consanguineos & uterinos excludunt avus & avia. th. 89. Jure Hamburg. simul in capita admittuntur. n. 2. Jure Lubeccensi avus excluditur a fratre consanguineo. n. 3. Ascendentes una cum fratribus & germanorum filiis vel filiabus in stirpes. D. 87. p. 2. m. 2. th. 36. n. 8.
non Succedunt ascendentes in feudis. D. 64. th. 88. n. 3. D. 87. p. 2. m. 2. th. 35. n. 3. Quandoque tamen ad successionem feudalem admittuntur, si scilicet pater in gratiam filii sui &c. feudum paternum domino refutaverit. D. 87. p. 2. m. 2. th. 37.

SUCCESSIO DESCENDENTIUM.

Descendentes succedunt parentibus ab intestato prædefunctis æqualiter. D. 68. p. 4. th. 13. num. 1. Secus de Jure Wurtemberg. n. 2. 3. Merito defuncti fratribus præferuntur. D. 87. p. 2. m. 2. th. 34. Per Rescriptum Principis legitimati Jure Wurtemberg. soli patri succedunt, & hic vice versa. th. 50. n. 11. Spurii non succedunt matri illustri, legitimos liberos habenti. D. 88. th. 18. n. 8.

SUCCESSIO COLLATERALIUM.

in Successione Collateralium illi, qui ab intestato succedunt, suas portiones pleno jure consequuntur. D. 68. p. 4. th. 7. Secus si de Jure Wurtemb. cum conjuge superstite succedant. num. 2. Quod & observatur Statuto Norimbergensi. n. 3. Et jure Marchico Brandenburgico. ibid. Deficientibus ascendentibus & descendentibus collaterales succedere possunt in infinitum. th. 20. In praxi & de Jure Wurtemb. succedunt tantum usque ad 10. gradum. n. 3. 4. Fratrum prædefunctorum liberi soli cum ascendentibus non admittuntur. th. 16. n. 1. Secus de praxi, quoad filios, non vero quoad nepotes. D. 87. p. 2. m. 2. th. 36. n. 10. 12. Et Jure Wurtembergico. D. 68. p. 4. th. 16. n. 3. & D. 87. p. 2. m. 2. th. 36. n. 11. Primo loco vocantur fratres. D. 87. p. 2. m. 2. th. 39. Etiam in feudis. n. 2. seqq. Duplicitas vinculi ultra fratres eorumque liberos non obser-

ſervatur, nec repræſentatio locum habet. D. 68. p. 4. th. 17. n. 1. D. 87. p. 2. m. 2. th. 36. n. 12. &c. thes. 45. n. 10. Fratres germani excludunt conſanguineos & uterinos. Diſp. 87. p. 2. m. 2. th. 40. Quid de Jure Saxonico? n. 3. ſeqq. Stante ſtatuto, ſorores & fœminas exiſtentibus agnatis, excludente, conſanguinei fratres nihilominus per germanos excluduntur. th. 42. Ampliatur. num. 10. ſeqq. Frater germanus dicitur gradu prior conſanguineo. n. 13. Fratres ab uno tantum latere conjuncti illorumque liberi, nepotes fratrum ex duobus lateribus conjunctorum excludunt. D. 68. p. 4. th. 17. D. 87. p. 2. m. 2. th. 45. n. 11. 12. Secus de jure Wurtembergico & Palatino. ib. Fratrum germanorum nepotes cum aliis lineæ collateralis cognatis concurrentes nulla gaudent, etiam de Jure Wurtembergico, prærogativa. D. 165. p. 4. thes. 14. n. 6. Fratrum germanorum filii cum defuncti fratribus jure repræſentationis in ſtirpes admittuntur. D. 65. th. 49. n. 1. D. 87. p. 2. m. 2. th. 43. Jure Elect. Saxon. jus repræſentationis locum non habet, quoad bona allodialia. D. 65. th. 49. n. 2. D. 87. p. 2. m. 2. th. 43. n. 3. 4. Fratrum ex uno latere junctorum filii excludunt defuncti patruum & amitam. D. 65. th. 50. num. 1. Secus de Jure Elect. Saxon. n. 2. D. 87. p. 2. m. 2. th. 45. n. 9. Fratrum utrinque conjunctorum filii fratres ex uno duntaxat latere junctos excludunt. Diſp. 65. th. 51. n. 1. Jure Elect. Saxon. hi ſimul admittuntur. num. 2. 3. Admittuntur fratrum prædefunctorum liberi cum defuncti fratribus, licet parentum ſuorum hereditatem repudiaverint. D. 87. p. 2. m. 2. thes. 43. n. 6. Nec quoad parentes defuncto debuerunt, ſolvere tenentur. n. 7. Soli fratrum germanorum prædefunctorum filii patruo germano ſuccedere poſſunt in capita, excluſis conſanguineis & uterinis. th. 44. Quod & in ſucceſſione feudali quoad modum ſuccedendi obtinet. n. 8. Frater defuncti germanus, exiſtente alterius fratris prædefuncti filio unico, non poteſt repudiare hereditatem fratris defuncti eum in finem, ut poſtea ejus liberi cum fratris filio unico ſuccedant. thes. 45. Fratre germano cum conſanguineo concurrente & illo repudiante hereditatem, repudiantis liberi ex ſucceſſorio edicto admittuntur. n. 6. Fratres conſanguinei & uterini cum fratrum germanorum filiis de Jure Saxonico ſimul in capita ſuccedunt. n. 7. Limitatur. n. 8. Deficientibus germanis & illorum filiis, ſuccedunt ſine diſtinctione bonorum conſanguinei & uterini. th. 46. Jure Saxon. conſanguinei & uterini fratrum prædefunctorum ex uno latere junctorum liberos excludunt. th. 46. num. 9. Quoad fraternam ſucceſſionem nulla habetur ſexus ratio. thes. 47. Limitatur. n. 3. 4. 5. Quippe quæ naturalem habet originem. th. 24. n. 5. Fœminæ ſæpius per ſtatuta, exiſtentibus maſculis, a fraterna & paterna hereditate excluduntur. th. 48. Sororibus germanis vi ſtatuti excluſis, earum portiones accreſcunt fratri germano, cum matre fratri ſuo defuncto ſuccedenti. num. 4. Soror per fratrem ſemel excluſa, non ſemper excluſa manet. n. 6. ſeqq. Exiſtente ſtatuto, quo hereditas ſolis defuncti fratribus, remotis ſororibus, defertur, illud locum non habet in ſororis hereditate. n. 10. ſeqq. Ubi ſorores cum fratribus non admittuntur, ibi nec prædefunctorum fratrum filiæ ſuccedere poſſunt. thes. 49. n. 4. 5. 6. In rebus utenſilibus ſorores fratres excludunt in foro Saxonico. n. 6. Legitimatus per oblationem curiæ fratri,

ex parte patris sibi juncto, non succedit. thes. 50. n. 7. 8. An succedendi jus habeant cognatis & collateralibus in linea paterna, fratres, per Rescriptum Principis legitimati? num. 9. 10. Fratres naturales & spurii ex eodem patre, sed diversis matribus geniti, sibi invicem non succedunt. th. 51. Fratres legitimi & naturales fratribus suis naturalibus, a patre tantum junctis, ab intestato non succedunt. num. 7. seqq. Fratres naturales & spurii ex eadem matre nati sibi invicem, ut & fratribus uterinis, succedunt. th. 52. Ampliatur. num. 2. seqq. Si defunctus reliquerit fratrem naturalem uterinum, & fratres legitimos, an hi naturali indistincte præferantur? n. 5. seqq. In linea materna legitimi vulgo quæsitos non excludunt. n. 7. seqq. Ampliatur. n. 10. seqq. Jure Wurtemberg. fratres naturales, qui eundem patrem & eandem matrem habuerunt, fratres uterinos a successione fraterna excludunt. num. 17. Fratres ex damnato coitu nati successionis fraternæ, tam ratione conjunctionis paternæ, quam maternæ, incapaces sunt. thes. 53. Fratres arrogati vel adoptati ab ascendente fratribus suis ab intestato non succedunt. th. 54. Secus in adoptatis ab extraneo. num. 12. Fratres uniti sibi invicem non succedunt. th. 54. n. 15.

SUCCESSIO CONJUGUM.

Inter Conjuges valent moribus nostris pacta affirmativa de succedendo. D. 68. p. 3. th. 17. n. 3. De Jure Saxon. Elector. valent, si vel insinuata, vel coram V. testibus facta. D. 65. th. 43. n. 2. Quomodo in foro Wurtembergico rite sint facienda? D. 75. th. 16. n. 2. 3.

ut Conjux defuncto ex pacto vel statuto succedere possit, sufficit matrimonium per sacerdotalem benedictionem esse contractum. D. 68. p. 4. th. 1. D. 65. th. 52. n. 1. Jus Wurtemberg. requirit matrimonium thalami conscensione, non vero carnali concubitu consummatum. ib. Quod & aliis locis observatur. ibid. & D. 65. th. 51. n. 2.

Conjux conjugi tunc demum succedit, si nulli extent liberi, parentes aut cognati. D. 68. p. 4. th. 6. D. 64. th. 84. n. 1. 6. Vel si defunctus sit locuples, superstes vero pauper. D. 68. p. 4. th. 6. num. 3. Alius modus succedendi Jure Wurtemberg. introductus est. n. 4. 5. Ut & aliorum locorum statutis. n. 6. D. 64. thes. 84. n. 2. seqq. Ex priori matrimonio liberos habens conjugi plus relinquere non potest, quam reliquit uni ex liberis. D. 74. th. 25. n. 3.

Uxor quando jure civili marito succedat? D. 65. th. 53. Quid de Jure Saxonico? n. 2. Egens, & indotata, licet divitem habeat fratrem, ex defuncti mariti locupletis bonis de jure quartam petere potest. D. 87. p. 2. m. 1. th. 23. n. 22. seqq.

Uxori defunctæ ab intestato maritus jure civili non succedit, nec dotem lucratur. D. 65. th. 54. Succedit maritus de Jure Saxonico in omnia bona mobilia. n. 2. D. 61. th. 17. n. 7. Et retinet dona die nuptiarum oblata. D. 65. thes. 54. n. 3. Quamvis hoc secus sit de jure communi. n. 4.

SUCCESSIO FEUDALIS.

Feudo alicui pro se & liberis suis ac fratre suo dato, ita ut ipse sine liberis decederet, frater ejus feudum accipere deberet, fratre ante primum acquirentem præmoriente, ejus liberi in eo non succedunt. D. 87. p. 1. th. 10. n. 12. 13.

in Feudo non succedunt jure feudali communi clerici & monachi. D. 65. th. 55. num. 1. Jure Elector. Saxon. hodie succedunt Clerici, Canonici & aliæ personæ ecclesiasticæ. n. 2. Ut & equites

quites ſacrorum ordinum. n. 3. Non ſuccedunt aſcendentes. D. 64. th. 88. num. 3. D. 87. p. 2. m. 2. th. 35. n. 2. Quandoque tamen ſuccedunt, ſi ſcilicet pater in gratiam filii ſui &c. Feudum paternum domino refutaverit. D. 87. p. 2. m. 2. th. 37. Q. c. cum patre vel avo, fratris vaſalli defuncti germani ſimul admittuntur. num. 3. ſeqq. Fratres, ſi ſcilicet eſt novum. thes. 39. n. 4. Ampliatur & limitatur. n. 5. 6. Antiquo primo loco ex collateralibus ſuccedunt fratres, a primo acquirente deſcendentes. thes. 39. Fratres Jure Saxon. ſibi invicem non ſuccedunt, niſi fuerint ſimultanee inveſtiti. num. 8. 9. Sola agnatio, non vero vinculorum duplicitas conſideratur. th. 41. Cum germanis admittuntur conſanguinei. n. 2. Frater uterinus tam per germanum, quam conſanguineum regulariter excluditur. num. 5. Fratres adoptati non ſuccedunt. th. 54. n. 13. Legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedunt. th. 50. n. 4. Ampliatur. ib.

SUCCESSIO FISCI.

Fiſcus excluditur a ſucceſſione, ubicunque adſunt, qui cognationem probare poſſunt. D. 68. p. 4. th. 20. num. 2. D. 85. c. 3. th. 15. Ad ſucceſſionem de praxi & Jure Wirtembergico ſtatim admittitur, quando collaterales uſque in X. gradu deficiunt. D. 68. p. 4. th. 20. n. 3. 4. Peregrino, habenti heredem, non ſuccedit. D. 85. c. 3. th. 16. Secus eſt in Gallia, quoad non mercatores. num. 2. A quocunque ſucceſſore, etiam a collegiis licitis excluditur. num. 3. 4. Cujus loci ſuccedat, defuncto diverſis in provinciis bona habente? num. 5. Filio, occidendo patrem, vel fratre fratrem, pro portione, ad occidentem ſpectante, cum reliquis ejusdem fratribus occiſo ſuccedit. th. 18. Non ſuccedit, herede indigno, qui ſubſtitutum ex teſtamento habet, non adeunte hereditatem. num. 6.

Fiſco an tutor dativus tanquam perſona extranea, non extantibus cognatis vel agnatis, in ſucceſſione pupilli defuncti præferatur? Diſp. 166. theſ. 171.

SUCCESSIONIS RENUNCIATIO.

Non excluditur a parentum hereditate filia ob dotem acceptam, licet, dote accepta, expreſſe illi renunciaverit. D. 64. th. 81. num. 1. Jure Hamburg. filia, dote accepta, præſentibus duobus cognatis, contenta, ab hereditate paterna excluditur. num. 2. 5.

Renunciare jurato poteſt filia, accipiens dotem, futuræ parentum ſucceſſioni, ſcil. de Jure Canonico. num. 4.

Si Renunciet hereditati paternæ filia in favorem fratrum, an ea renunciatio proficiat tantum fratribus utrinque conjunctis, an vero & conſanguineis? D. 70. c. 5. th. 7. num. 2. ſeqq.

Sorores dotatæ quandoque ſponte in favorem familiæ renunciant hereditatibus paternis & fraternis. D. 87. p. 2. m. 2. th. 49.

SUCCESSOR.

Succeſſor non comprehenditur, quoties fit diſpoſitio ſub nomine appellativo ex certa affectione. D. 10. th. 42. num. 14.

Succeſſores univerſales & ſingulares quinam? D. 136. th. 8. num. 1. 2. Singulares in jure quot ſint? Diſp. 156. §. 1. th. 29. D. 136. th. 9. n. 1. Singulares locationi ab anteceſſoribus contractæ regulariter ſtare non tenentur. D. 156. §. 1. th. 60. 64. Limitatur. th. 65. ſeqq.

SUCCESSORIUM EDICTUM.

Succeſſorium edictum locum habet, filio abſtinente vel repudiante patris hereditatem. D. 73. th. 19. num. 3. Locum

cum habet in querela inofficiosi testamenti inter personas diversi, sed non ejusdem ordinis. Disp. 36. th. 4. D. 87. p. 2. m. 2. th. 21. num. 6. 7. Non admittitur, ubi jus accrescendi locum non habet. D. 87. p. 2. m. 2. th. 45. num. 5.

SUFFRAGIUM.

Suffragium quid? D. 108. th. 5. num. 6. Quomodo differat a palmario advocatorum? num. 6. 7.

Suffragii jus in comitiis condomini communi nomine exercent. Disp. 159. c. 9. th. 16. num. 1. Commune potest manere diviso territorio. th. 16. num. 2.

SUMMA.

Summa major naturaliter & arithmetice continet minorem. D. 10. th. 26. n. 3. Sed non semper civiliter & intentionaliter. ibid.

SUMPTUS.

Sumptus bibales, *Wein oder Leut Kauff*, differunt ab arrha. D. 11. th. 87. Is, qui a contractu recedit, refundere debet. numer. 4. Studiorum collationi non subjacent. D. 116. th. 80. Qui adhuc debentur, ex communi hereditate sumi possunt. ib. Funeris expressam & qualificatam hypothecam habentibus praeferuntur. D. 101. th. 24. In sepulturam factae an eodem privilegio gaudeant? th. 24. Aut in curationem factae? thes. 25.

Sumptibus funerum quae annumerentur? Disp. 116. thes. 30.

SUPERFICIARIUS.

Superficiarius an rei dominum nominare possit? D. 106. th. 8. Res superficiarias oppignorare potest, etiam pro debito, rei pretium excedente. D. 158. tit. 1. th. 37. num. 4. Quid de Jure Saxonico & Wirtembergico? ibid.

SUPERFICIES.

Superficiei jus quomodo cum dominio directo consolidetur? Disp. 56. thes. 40.

SUPERIORITAS TERRITORIALIS.

Superioritas territor. omnia majestatica jura includit. D. 159. c. 3. th. 4. num. 2. Et regalia differunt ut totum & pars. num. 3. Et jurisdictio cum territorio transit ad successores. c. 5. th. 1. n. 4. Est totum potestativum. c. 6. th. 6. n. 3. Ubi est, ibi est merum imperium. th. 15. num. 2. Non est praescriptibilis, quatenus? Disp. 165. thes. 115.

Superioritatis territor. jus Comitum &c. a superioritatis jure Principum re ipsa non differt. D. 85. c. 2. th. 3. num. 2.

Jura & Regalia proprie differunt. Disp. 159. cap. 3. thes. 3. numer. 2. Jus dignitas dicitur regalis. num. 8. Et territorium habere est habere regalia. ib. Sub qualitate concesso territorio, quaenam jura concessa intelligantur? n. 10. Jus nec hodie certis LL. circumscriptum. c. 4. th. 3. num. 2. Origo in Imperio est antiquissima. n. 3. Jus exercens tertius in territorio, unico actu quasi possessionem illius juris acquirit. th. 13. num. 4. Potest praescribi. th. 14. num. 6. Per concessionem semel factam quaesitum auferri non potest. c. 5. th. 1. n. 5. Potentius in exercitio, quam supremum dominium. c. 7. th. 3. n. 3.

Superioritati territoriali non adhaeret simpliciter jus cudendae monetae. c. 6. th. 56. num. 4. Non tantum superior & inferior jurisdictio, sed & multa Regalia insunt. D. 6. th. 3. num. 4. Cohaeret jus aggratiandi. ibid.

Superioritatem territorialem habent status Imperii. ib. Habent Nobiles immediati. num. 5. D. 85. c. 2. th. 5. n. 3. ad Superioritatem territor. pertinet jus condendi leges. D. 159. c. 6. th. 7. n. 1. Spectat, quicquid auget aerarium. th. 36.

36. n. 4. Significandam præmittitur; *vvir sollen und vvollen.* c. 5. th. 5. n. 2.
Superioritate territor. gaudentes in eo, quod æqualem regalium dignitatem habeant, omnes æquiparantur. cap. 1. thes. 4. num. 4.
Superioritates duæ in uno territorio esse nequeunt. c. 7. th. 9. num. 2. v. Plura voc. *LandsObrigkeit.*

SUPPLICATIO.

in Supplicatione afferenda locum habet computatio naturalis. D. 138. cap. 3. art. 1. thes. 4. num. 2.

SUPPLICIUM.

Supplicium de aliquo lege divina irrogandum, si sine magno Reip. discrimine sumi non possit, quid Principi in h. c. faciendum? Disp. 165. thes. 110.
Supplicio mortis parricidium ex sola culpa etiam latissima commissum, nunquam punitur. D. 116. th. 111. Ultimo damnata mulier post partum XL. dies servanda. D. 138. c. 3. art. 4. th. 4. n. 13.

SURROGATUM.

Surrogatum imitatur naturam ejus, in cujus locum surrogatur. D. 113. th. 29. n. 2.

SUSPECTUS.

Suspectus quando censeatur judex? vid. Judex. ut suspectus recusari nequit judex & actori & reo in eodem gradu conjunctus. D. 35. th. 3. An recusari possit judex, qui adversæ parti filium e baptismo suscepit? thes. 6.

SUSPENDERE.

Suspendendi jus, removendi & degradandi est jus superioritatis. Disp. 159. c. 6. thes. 79. num. 1.

SUSPICIO.

Suspicio mali etiam fugienda est. Disp. 78. thes. 12. Calumniæ si adest, nominanti juramentum calumniæ deferri vel nominatio rejici potest. D. 106. th. 10. n. 5.
Suspicionem præbet violentam admissi criminis mulctæ oblatio. D. 53. th. 24. Amovet, par affectionis causa. D. 35. thes. 3. Proditionis & criminis læsæ Majestatis incurrit, quicunque subditorum nuncium ad hostem mittit. D. 107. thes. 22. num. 3.
in Suspicionem delicti incidit eo ipso possessor, si apud aliquem res inveniatur furtiva. D. 106. thes. 1. num. 8. Ad quam evitandam authorem suum nominare debet. ibid.

SUTOR.

Sutores pro mercede rei elaboratæ res elaboratas retinent. Disp. 123. thes. 21. num. 2. Ampliatur. ibid.

SUUS.

Suus heres non est adoptatus ab extraneo, scilicet quoad modum succedendi. D. 88. th. 26. Hereditatem ad omnes suos successores transmittit. thes. 25.
Suitas sine patria potestate non existit. thes. 26. num. 4.

SYLVA.

Sylvam si alterutra conjugum pars haberet, quæ constante matrimonio sponte fructuosior facta, cui acquiratur hoc augmentum? D. 128. c. 4. th. 15. n. 3.

SYNDICATUS.

Syndicatum subire quid? D. 131. th. 11. n. 5.

SYNDICUS.

Syndicus in causa universitatis non admittitur cum cautione de rato. D. 18. th. 21. An nomine universitatis juramentum præstare possit? D. 10. th. 12. num. 4. D. 65. th. 14. n. 2. Constituitur vel legis dispositione, vel universitatis electione. D. 131. th. 17. Et quidem vel convocatis omnibus, vel per eos, qui uni-

universitatem repræsentant. th. 18. Si priori modo, requiritur 1. ut omnes convocentur. th. 19. Unus præteritus actum facit retractari. num. 1. Non vero absentes. n. 2. Non illi qui suffragandi jus non habent. num. 3. Non fœminæ. ibid. Limitatur. n. 4. Non pupilli. th. 20. num. 1. Non minores. num. 2. seqq. Limitatur. ibid. Quid in Saxonia? numer. 6. 2. Legitime, solenniter scil. & authoritate magistratus vel superioris vel senioris facta. th. 21. An Principis consensus sit necessarius? num. 2. 3. 4. Sufficit, si illa ex alia causa, vel etiam fortuito congregata. th. 22. Facienda ad locum tutum, publicum, consuetum. th. 23. Quando ad locum privatum? num. 3. Omnibus convocatis, sufficit duas partes ex tribus, aut amplius adesse. th. 24. & th. 26. num. 1. An duarum partium præsentia indistincte & præcise semper requiratur? th. 25. Quid si, duabus partibus recedentibus, tertia pars remaneat? th. 26. num. 2. Quid si, recedentibus quibusdam, remanentes majorem, sed non duas partes constituant? num. 3. Eligiter ab universitate convocata secundum plura consentientium vota. th. 27. numer. 1. Etsi major pars unius suffragio superet minorem. ib. An omnes præsentes vel major eorum pars consensum simul & in communi præstent? th. 28. Eligitur per Senatores, Consules & Consiliarios civitatum quando? th. 31. seqq. Quid si adsint tribuni plebis? th. 32. 33. 34. Quid in Ducatu Wirtembergico? thes. 35. Eligitur per Collegia universitatem repræsentantia. th. 29. 30. Non tantum per se, sed & alios. th. 36. Cujusmodi mandatarii munus, mutatis licet personis, non extinguitur. n. 2. Si uni fuerit mandatum, is se ipsum eligere nequit. th. 37. numer. 3. seqq. Licet in mandatis habeat, ut optimum de universitate eligeret, idque se facturum jurato promiserit, se autem meliorem neminem inveniat. thes. 38. Si duobus vel pluribus electio mandata, proprio voto quis sibi prodesse, & majora facere non potest. th. 39. An votum patris filio, aut filii patri, & fratris fratri prosit? thes. 40. An alium substituere possit? th. 49. 50. Eligendus est indigena ac civis potius, quam qui est de provincia vel plane extraneus. thes. 56. Limitatur. num. 3. 4. Constituitur ad lites universitatis. th. 57. 66. Non tantum præsentes, sed & futuras. th. 64. th. 79. n. 2. In dubio ad omnes, etiam futuras constitutus censetur. thes. 64. n. 4. Ad actiones non tantum civiles, sed & criminales exercendas. th. 58. n. 1. Ita ut criminales active exercere possit. num. 2. Et universitatem criminaliter ex delicto conventam defendere. th. 63. An h. c. mandatum speciale sit necessarium? n. 1. Vel agit, vel defendit universitatem. thes. 67. Ad omnes universitatis lites datus uno generali mandato, in omnibus causis originale vel vidimatum producere debet. th. 85. Quid si hoc omiserit? n. 2. Differt ab actore. thes. 64. th. 66. n. 2. A curatore universitatis. th. 66. n. 3. Ab oeconomo. n. 4. Ab advocato. n. 5. A procuratore. th. 52. 53. & th. 66. n. 6. A defensoribus civitatum. th. 66. n. 7. Ab ecdicis. n. 8. Ab apocrisiariis. n. 9. Esse potest quinam? th. 51. An solum jurisperitus? n. 2. An infamis? n. 3. 5. th. 52. n. 1. An nobilis salva dignitate? th. 51. n. 4. Non omnis qui procurator esse potest. th. 52. E. gr. minor. n. 2. seqq. Non omnis qui procurator esse nequit. th. 53. E. gr. Decurio. ib. Constitui potest etiam extraneus qui non est de corpore universitatis. D. 53. th. 35. D. 118. th. 6.

th. 6. Absque expresso principalis mandato in judicio non admittitur. D. 131. th. 72. num. 1. 2. th. 80. th. 82. n. 1. th. 83. n. 1. Personam suam mandato legitimat. thes. 73. n. 1. Quod in scripturam plerumque redigitur, & vocatur instrumentum syndicatus. num. 2. Quod instrumentum sæpissime in judiciis examinatur & discutitur, an pro legitimo & sufficienti habendum sit? th. 74. 75. In h. syndicatus instrumento subscriptio non est necessaria, sed absque illa, sigillo civitatis tantum signatum subsistit. thes. 76. Si universitas publico sigillo non instructa, subscriptio est necessaria. th. 77. n. 1. Si subscriptio necessaria, quorum nomina instrumento sint subscribenda, & an singulorum de universitate exprimenda? n. 2. seqq. Si in instrumento, universitatis sigillo munito, scriptum sit, per omnium civium vel partium duarum plurima vota syndicum esse electum, parti adversæ, hoc neganti, incumbit probatio. th. 77. n. 6. 7. An charta blanca, ab universitate subsignata vel subscripta, loco syndicatus sufficiat? thes. 78. Syndicatus instrumento quid inseratur? th. 79. Admittitur cum cautione rati, si instrumentum syndicatus aliquo vitio laboret. th. 82. num. 1. 2. Secus de Jure Saxonico. n. 3. Sufficiens mandatum habens non præstat cautionem de rato. n. 4. Fines mandati diligenter custodire, vel ea facere debet, quæ in propriis solet diligentissimus paterfamilias. thes. 86. & 95. Habet eandem potestatem, quam procurator cum libera. th. 86. n. 2. seqq. Absque speciali mandato, nomine universitatis, transigit super re dubia. n. 3. Modo de dubia lite constet. th. 87. n. 1. 2. Alias nec ejus juramento transactio confirmatur. n. 3. Universitatis, & superiorem non recognoscentis, & habentis authoritatem statuti faciendi, an possit singulorum civium bona obligare? thes. 87. n. 4. Absque speciali mandato nomine universitatis restitutionem petit. th. 88. n. 1. Limitatur in Syndico Collegii alicujus. n. 2. Juramentum defert. th. 89. n. 1. 2. Universitati delatum suscipere & ejus nomine præstare sine speciali mandato non potest. n. 3. Etiam de Jure Saxonico. n. 4. Post litem contestatam fit litis dominus. th. 91. n. 1. th. 93. num. 3. Omne damnum, dolo vel culpa datum, resarcire debet. thes. 91. n. 2. Etiam eo in casu, si sua culpa litem perdiderit, vel reus sit absolutus. n. 3. Post litem contestatam citandus. th. 93. n. 1. Sententia in ipsum concipienda. n. 2. 3. Secus hodie in Camera. n. 4. 5. Quid ante litem contestatam? n. 6. Ea agere debet, quæ implicite & per consequentiam mandata censentur. thes. 95. n. 2. Ad agendum datus, etiam defendere debet. n. 3. Litem susceptam ad finem perducere tenetur. n. 4. A sententia appellare, illamque prosequi. ib. Secus de Jure Canonico. ibid. Removeri sine causa non potest nisi ob crimen vel alium defectum. th. 99. n. 3. D. 53. thes. 36. Majore universitatis parte defuncta & litis reassumptione & novo syndicatus instrumento de jure opus non habet. D. 53. th. 36. D. 131. th. 99. n. 6. De praxi quid dicendum? ib. Actus retinere potest, salario non soluto. D. 131. th. 98. n. 4.

Syndici officium quibus modis solvatur & extinguatur? thes. 99. Etymologia. th. 10. Homonymia. th. 11. Synonymia. th. 12. Definitio. th. 13. Divisio. thes. 14. Constitutionis causa interius movens. th. 16. Exterius movens. n. 2. Officium est onerosum. th. 37. n. 4. 5. Publicum. th. 41. n. 2. Perpetuum. th. 99. n. 3. Non finitur, etsi major

pars constituentium in universitate esse desierit, & alii in eorum locum surrogati. D. 118. th. 6. Absque mandato gesta universitas ratihabere & sic retro confirmare potest. D. 131. th. 83. n. 1. Quæ ratihabitio non tantum ex verbis expressis, sed & aliis ex actibus colligitur. n. 2. 3. Falsi gesta universitas de Jure Camerali indistincte ratihabere potest. thes. 84. n. 1. 2. Aliàs tantum post sententiam latam in suum præjudicium. num. 3. seqq. Non vero adversarii. n. 7. seqq. Dolus & culpa nocent tantum universitati, quæ actionem eo nomine contra ipsum habet. th. 92. n. 1. Si ille solvendo non sit, quid juris? n. 2.

Syndico acquiritur, latâ sententiâ, quænam actio? th. 94. Annexa est dignitas. thes. 96. n. 1. 2. 3. Quæ major est in Syndico civitatum Imperialium. n. 4. Debetur salarium. th. 97. Licet præter ejus culpam eo anno nullam præstiterit operam. n. 3. Vel ante finitum annum decesserit. n. 4. 5. Vel nullum promissum sit. th. 98. n. 1. Qua actione petatur? n. 2. 3.

Syndicum falsum si judex legitimum pronuntiaverit, valent, quæ ab ipso gesta sunt. thes. 84. n. 11. Non constituunt socii. th. 6. Mercatores. D. 32. th. 14. Consules & Senatores sine tribunis plebis. D. 131. th. 32. n. 2. Limitatur. n. 3. Quid in Saxoniæ ditionibus? th. 34. privati. thes. 42. n. 3. 4. Constituunt omnes universitates, jure licitæ, & approbatæ. th. 42. Non tam ecclesiasticæ, quam civiles. ib.

ad Syndicum constituendum universitas invita compellitur. th. 16. n. 4. th. 3. n. 3. Non requiritur superioris decretum. thes. 34. n. 3. 4. An consensus eligendi requiratur, an vero sola sufficiat eligentis voluntas? thes. 41. An subditus, tale officium suscipere recusans, cogendus aut puniendus? num. 5. A procuratore argumentum an & quando procedat? th. 80. n. 3. D. 7. th. 22. num. 3.

per Syndicum in lite factas expensas si universitas solverit, videtur ejus acta ratificare. D. 131. th. 83. n. 3.

Syndici ut duo tresve constituantur, in magna universitate consultum est. th. 55. num. 1. 2. Si plures sint, in dubio omnes censentur in solidum constituti. num. 3.

Syndicos potius extraneos constituere debent monasteria & collegia clericorum. th. 56. n. 5.

T.

TABELLARIUS.

Tabellarius pecuniam ad alium transferendam retinens & consumens morte non punitur. D. 65. th. 69. n. 1. Quomodo de Jure Elector. Saxonico puniatur? n. 2.

TABERNA.

Taberna quid? D. 105. th. 7. num. 5. Et caupona quatenus distinguantur? ib.

TABERNARIUS.

Tabernarii inter viles & abjectas personas referuntur. D. 105. th. 6. n. 3.

Tabernariorum & macellariorum officium clerici de Jure Canon. exercere prohibentur. th. 10. n. 7.

TACERE.

Tacere medium est inter consentire & reprobare. D. 139. th. 13. n. 9.

Tacens & præsens an pro consentiente habeatur? D. 29. th. 1. D. 158. thes. 13. num. 9. Ex contumacia pro consentiente habetur. D. 139. thes. 13. n. 9. In judiciis ad adversarii allegationes illas fateri censetur. D. 55. th. 58. n. 5.

Maxi-

Maxime si jussus ad positiones non respondeat. n. 6. Et causa sit civilis, non criminalis. n. 7.
ut Tacita obligatio quoque nascatur extra id, quod expresse agitur, plerumque accidit. D. 9. th. 16. n. 3.
Tacitæ conventionis eadem est vis, quam expressæ. th. 15. n. 6.
Taciti & expressi quando idem judicium. D. 138. c. 2. th. 4. n. 5. D. 139. th. 5. num. 2.

TACITE.

Tacite quæ insunt, si expresse adjiciantur, nihil operatur. D. 11. th. 16. n. 3. D. 136. th. 23. n. 5.

TACITURNITAS.

Taciturnitas contradicere volentis est signum voluntatem declarans. D. 58. th. 11. n. 5. Et patientia quando inducant consensum? D. 78. th. 45. n. 3. 5.

TANTUM.

Tantum, verbum taxativum omnes causas non expressas excludit. D. 7. th. 30. n. 3. Excludit causas similes, in quibus par aut major ratio est. n. 5.

TAXATIVA.

Taxativa particula quando aliquid operetur? D. 103. c. 2. th. 10. n. 3.

TEGULA.

Tegulæ, tegendi gratia allatæ, ædificiis vero nondum impositæ, ædium non sunt. D. 155. §. 1. th. 27. n. 5.

TELONIUM.

Telonia, gabellas, & vectigalia qui defraudant, vias inusitatas ambulando, res eorum committuntur. Disp. 116. thes. 83.

TEMPESTAS.

Tempestate coorta, qui, laborante navi, levandæ ejus causa, merces alienas in mare ejicit, nulla tenetur actione. D. 47. th. 3. Quid si dolo vel culpa id fecerit? ibid.

TEMPUS.

Tempus quid? D. 138. c. 2. thes. 1. n. 1. seqq. Non est nisi instans. n. 2. Interdum ex ipsa rei natura venit, & tacite inesse intelligitur. n. 4. Censentur partes tacita conventione comprehendisse. n. 5. Inducitur & constituitur a lege. n. 6. A statuto, jure scripto vel non scripto. n. 7. Ab homine. num. 8. Et vel a judice. n. 9. Vel a privatis. n. 10. Est vel legis. th. 2. n. 1. Vel hominis. n. 4. Hoc vel judiciale vel conventionale. ib. Præsens quid? num. 5. Futura non complectitur. n. 6. Limitatur. ib. Præteritum quid? n. 7. Neque præsens neque futurum comprehendit. n. 8. Limitatur. ibid. Continuum & utile quid? n. 10. Continuo continuum & continuo utile quid? n. 11. Secundum quid continuum & secundum quid utile quid? ib. Secundum quid utile & secundum quid continuum quid? ib. Feriatum quid? thes. 3. num. 1. Ad hoc citatus habet exceptionem feriarum. n. 2. Non feriatum s. juridicum quid? n. 4. In dubio præsumitur. ibid. Definitum s. limitatum quid? n. 5. Ad quod concessum quod est, ultra illud non extenditur. ib. Ad hoc qui se obligavit, ultra illud in obligatione retineri nequit. ib. Illimitatum quid? n. 6. Modicum quid? n. 7. Quomodo in jure accipiatur? D. 16. th. 35. An veniat in considerationem? D. 138. c. 2. th. 3. n. 8. Breve quid? n. 9. An denotet trinochium? D. 92. thes. 18. n. 2. Longum quid? D. 138. c. 2. th. 3. n. 10. Oblivionem rerum inducit. D. 61. th. 10. n. 7. Longissimum quid? D. 138. c. 2. th. 3. n. 11. Diuturnum quid? n. 12. Facit præsumi

omnia rite fuiſſe acta. n. eod. Perpetuum quid? n. 13. Immemoriale quid? n. 14. & c. 3. art. 7. th. 7. n. 4. Privilegii ac expreſſæ conceſſionis vim habet. D. 6. th. 3. n. 1. Quodnam temporis ſpatium requirat? ib. Quomodo computetur? D. 135. th. 9. num. 5. 6. Quomodo probetur? D. 138. c. 3. art. 7. th. 7. n. 5. Habet vim conſtituti, contractus, juſtæ cauſæ, privilegii, & juris pleniſſimi. n. 6. Æternum quid? D. 138. c. 2. th. 3. n. 15. Antiquum quid? thes. 4. n. 1. Facit præſumptionem omnia rite fuiſſe acta. n. 2. Hodiernum quid? n. 3. Tacitum quid? n. 4. Expreſſum quid? ib. Certum & incertum quid? n. 6. 7. Nocturnum & diurnum quid? n. 8. Privilegiatum & non privilegiatum ſ. commune quid? n. 9. Omnia mutat & in rebus permutandis vicem perſonæ gerit? D. 138. procem. n. 3. Quoties aliquod requiritur, nec definitur, judicis arbitrio relictum cenſetur. c. 2. thes. 1. n. 9. Legis magis excludit, quam hominis. th. 2. n. 2. Præciſe obſervandum eſt. n. 3. Statuti ſurrogatur in locum temporis a lege præfixi. th. 2. num. 3. Indefinite poſitum quouſque extendatur? thes. 3. n. 6. Computatur vel naturaliter vel civiliter. c. 3. art. 1. th. 4. D. 61. th. 19. n. 1. Quibus in cauſis? D. 138. c. 3. art. 1. th. 4. In omnibus negotiis regulariter naturaliter computatur. D. 61. thes. 19. n. 5. Eſt vel diei vel noctis. D. 138. c. 3. art. 3. th. 1. n. 1. Quoties ſimpliciter profertur, an annale ſpatium intelligatur? art. 7. thes. 2. n. 1. In præſcriptionibus de momento in momentum currit. D. 61. th. 19. n. 6. Negotio adjici poteſt varie. D. 139. th. 16. n. 2. ſeqq. Certum, tanquam terminus ad quem pro lubitu volentis adjicitur. n. 3. Et tunc negotium vel contractus eſt purus. ib. Quibusdam negotiis adjici nequit tanquam terminus ad quem. ib. Tanquam terminus ex quo, quatenus negotium faciat impurum? n. 4. Quibusdam negotiis adjici nequit. ib. Incertum, ut terminus ex quo, ipſi negotio adjectum, etſi ſit incertum an & quando ſimul, vel an tantum, facit conditionem. th. 16. n. 5. 6. Si incertum ſit, quando tantum, non facit conditionem in conventionibus. ib. In ultimis voluntatibus diſtinguitur. ib. Incertum petitioni vel ſolutioni adjectum, non facit conditionem. n. 7. Incertum, ut terminus ad quem, quando adjiciatur? n. 8.

firmandus eſt. ibid. Ante magiſtratum veniendus non eſt. th. 13. n. 14. Gerere non tenetur. ib. & th. 20. n. 2. 3. Ex ſua tantum culpa tenetur, quam in inſpectione & ſuſpecti accuſatione admiſit. th. 13. num. 18. Ex alterius adminiſtratione non tenetur. numer. 17. Ut quis recte dicatur, requiritur, ut de jure ſit ſine adminiſtrationis onere. th. 13. num. 19. Conſtitui nequit furioſus & mente captus. theſ. 14. num. 1. Quid ſi conſtitutus? n. 4. Non conſtituitur impubes. num. 5. Cœcus. n. 7. Mutus & ſurdus. n. 8. Fœmina. theſ. 15. Limitatur in matre & avia. th. 16. Obſervatis debitis requiſitis. num. 6. Noverca. n. 4. Ætate minor. th. 17. Etſi ætatis veniam impetraverit. num. 6. Aut ſint perſonæ illuſtres. n. 9. Sed quid de Electoribus? num. 10. Milites armati. th. 18. n. 1. Milites militiæ coeleſtis, Epiſcopi ſc. & Monachi. num. 3. Qui nec volentes admittuntur. ib. Secus eſt in aliis Clericis, qui ſunt infra Epiſcopos. n. 6. Prodigus. num. 8. Creditores & debitores pupillorum. ib. Adeo ut nec in teſtamento dari poſſint. ib. Servus. n. 15. An homines proprii? num. 16. ſeqq. Non eſt inſpector vel obſervator ille, qui patri, legitimo peculii adventitii adminiſtratori ex juſta cauſa adjungitur. th. 19. num. 4. An patri, qui legitimam filii emancipati tutelam adminiſtrat, poſſit adjungi? n. 5. Non eſt, ad hoc tutor datus, ut a cœteris, qui gerunt, rationes accipiat. th. 20. n. 4. An poſſit eſſe vitricus? D. 117. th. 4. A patre nec teſtamento dari poteſt creditor vel debitor. th. 5. D. 118. th. 51. Licet propter dolum ſuſpectus poſtuletur, ſi tamen judex in ſententia nullam doli mentionem fecit, remotus non notatur infamia. D. 117. th. 25. Ob latam culpam remotus non notatur infamia. D. 118. th. 52. Interdum leviſſimam, interdum vero latam culpam præſtat. th. 53. In teſtamento paterno minus ſollenni conſtitutus confirmandus eſt a magiſtratu. 137. th. 10. n. 6. Rationibus redditis non omnia bona pupilli reſtituens in reſiduum manet obligatus. D. 122. th. 17. n. 1. Nec per generalem quietantiam inde liberatur. ibid. Licet ratio reddita & probata ſit. n. 2. Non videtur rationes reddidiſſe, ſi non omnia pupillo reſtituit. num. 3. Nec h. c. ab ulteriori rationum redditione per proteſtationem ſeſe liberare poteſt. n. 4. Vel curator pupillam ſuam hodie intra annum 29. ducere non poteſt. D. 138. c. 3. art. 7. th. 5. num. 8. Ante magiſtratus decretum nihil valide gerit. D. 139. th. 11. num. 6. Per tertium non datur. theſ. 13. num. 10. In tutelæ adminiſtratione culpam levem in abſtracto præſtat. D. 146. tit. 6. §. 4. th. 5. n. 5. Qui rationes nondum reddidit, prætextu expenſarum, rerum in inventario deſcriptarum reſtitutionem denegare, & conpenſatione uti nequit. D. 149. tit. 2. th. 11. n. 5. Si in teſtamento furioſus datus, effectus hujus dationis ſuſpenditur in futurum reſipiſcentiæ caſum. D. 137. th. 14. n. 4.

Tutoris datio cui competat? D. 168. th. 2. num. 5. Adminiſtratio in quo conſiſtat? th. 9. Auctoritas in omnibus pupillo neceſſaria. n. 2. Per Epiſtolam interponi non poteſt. D. 78. th. 27. n. 2. Sine auctoritate infantia major alterum ſibi, ſed ſe alteri non obligat. D. 58. th. 24. num. 2. Datio hodie delegari poteſt. D. 19. th. 13. In honorarii etiam bonis tacita competit pupillis hypotheca. D. 137. th. 24. num. 2. Malevolum propoſitum ſatisdatio non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat. theſ. 28. num. 5. Ad honorarii diſpendium vitium alienæ ceſſationis pertinere, juris ratio non pati-

patitur. th. 30. n. 13. Ad testamentarii legitimationem non sufficit testamenti, in quo constitutus est, exhibitio. D. 106. concl. 30. Datio in testamento destituto facta an subsistat? D. 132. th. 11. num. 2. In auctoritate pupillo præstanda non sufficit ratihabitio. D. 139. th. 9. num. 11. Constitutio testamentaria quacunque conditione restringi potest. th. 17. n. 2. Datio sub expressa conditione fieri nequit. ibid. Bene tamen sub tacita. ib. Vox absolute posita an & quando generaliter sit accipienda, ita, ut etiam honorarios comprehendat, illud ex subjecta materia & constitutionis ratione judicandum. D. 137. thes. 5. numer. 4.

Tutori, si patrocinium præstitit in causa pupilli, judex potest salarium assignare. D. 124. th. 23. n. 5. A patre, qui monachus factus, post professionem dato, legitimus non præferendus. D. 117. th. 7. An matri & aviæ præferendus? ib.

Tutorem pater in testamento suo constituere non potest, qui lege prohibetur. D. 19. th. 15. D. 137. th. 18. n. 10. D. 117. th. 5. Tanquam suspectum ex officio, nemine accusante, magistratus removere potest. D. 137. th. 28. num. 2. Adversus falsum actio in factum est ex delicto. D. 136. th. 24. num. 12.

Tutore auctore infans contrahere non potest. D. 58. th. 23. num. 7. Possessionem tamen, & quandoque sine eo, acquirit. n. 8. Auctore ut quis contrahat, ipsum etiam aliquid intelligere necesse est. num. 7. Impuberi in petendo annus servatur. Disp. 138. cap. 3. artic. 7. thes. 2. num. 2.

Tutores non recte constituit magistratus academicus studiosis adhuc pupillis, qui neque ratione domicilii, neque ratione bonorum ipsi sunt subjecti. D. 19. th. 16. Et curatores res pupillorum & minorum proprias, finita tutela & cura, etiam nondum redditis rationibus, restituere tenentur. D. 54. th. 27. Honorarii curent, ne pecunia otiosa pupillorum retineatur. D. 137. th. 27. n. 5. Non possunt jus pupilli liquidum remittere. num. 6. Suspectos postulare omnibus permittitur, est enim accusatio quasi publica. th. 28. n. 2. Honorarii ex officii necessitate alios suspectos postulare debent. num. 3. Nec excusantur, qui ideo gerentes suspectos non postularunt, quia ipsi divites, & pupillo cautum erat. n. 4. Gratuitam, integram, & ab omni lucro abstinentem fidem præstare debent. th. 31. num. 2. Finita tutela an curam quoque necessario suscipere debeant? thes. 32. n. 7. seqq. Nec testamento constitui possunt creditor & debitor. D. 106. concl. 29. Præsentes interponere debent auctoritatem. D. 107. th. 14. n. 8. Absentes per nuncium auctoritatem suam interponere non possunt. ib. & th. 31. num. 3. Et curatores an palmarium advocatis dare possint? D. 108. th. 12. num. 2. An possint constituere procuratorem in rem suam? D. 120. th. 17. num. 3. seqq. Salarium ex bonis pupilli & minoris petere nequeunt. D. 124. thes. 23. Limitatur. n. 2. seqq. Si negotia pupillaria administrando rebus suis præesse non potuerunt, & inde damnum senserunt, ejus refusionem petere nequeunt. th. 23. n. 2. Actiones contra pupillos & minores, quorum tutelam & curam gerunt, vel gesserunt, competentes emere non possunt. D. 153. §. 2. thes. 8. An & quatenus possint hypothecam constituere? Disp. 158. tit. 1. th. 38. num. 1. Liberantur a cautione judicio sisti in causa pupillorum & minorum, s. ipsimet, s. pupilli & minores bona immobilia possideant. D. 27. th. 15. In judiciis etiam absentibus pupillis, ipsimet causas agere, vel

vel ad hoc ante litem conteſtatam actorem conſtituere poſſunt. D. 32. theſ. 5. De Jure Wirtemberg. ibid. Res minorum & pupillorum in emphyteuſin ſine magiſtratus decreto dare non poſſunt. D. 37. th. 18. In alienationem tamen, quæ fit ab ipſo emphyteuticario, ipſi ſoli conſentire & novum emphyteutam recipere poſſunt. ib. Honorarii & notitiæ gratia dati, pro iisdem an accipiendi? D. 117. th. 6. Quomodo differant? D. 137. th. 20. num. 8. Dare & pupillis ſubvenire, ad publicam pertinet curam. th. 9. num. 6. Honorarii tam a judice, quam in teſtamento dari poſſunt. num. 7. & th. 11. Quis judex hic competens. th. 11. num. 5. Quid requiratur, ut talis datio ſubſiſtat? th. 10. num. 1. ſeqq. An a lege etiam? th. 12. n. 6. ſeqq. Aut ex conventione contutorum? th. 13. num. 2. ſeqq. Rerum pupillarium domini non ſunt, ſed in illis tantum dominorum loco ſunt. D. 120. th. 17. num. 5. Plures ſi conſtituti, an & in quem effectum uni ex privata etiam conventione adminiſtrationem committere poſſint? D. 137. th. 13. Suſpectos poſtulare nequeunt impuberes. th. 14. n. 6. Ordinarii adminiſtrationem attingere non debent, antequam præceſſerit 1. magiſtratus decretum. th. 21. n. 4. Tutores ſ. ſint teſtamentarii, ſ. legitimi, ſ. dativi. ib. Etiam in Principum & illuſtrium tutela. num. 5. Ante hoc decretum geſta regulariter omnia ſunt ipſo jure nulla. num. 6. In honorariis tale decretum, ut ipſi officium exercere poſſint, neceſſarium non eſt. num. 7. Niſi & ipſi aliquid adminiſtrare velint. num. 8. th. 29. num. 10. 2. Inventarii confectio. th. 22. num. 1. Secus in honorariis, qui, antequam illud conſcriptum, officium ſuum tamen jure exercere valent. numer. 2. Adminiſtrationem tamen nec hi attingere debent, inventario non confecto. num. 4. 3. Juramentum corporale. th. 23. Honorarii tamen non ita jurant. num. 3. 4. 4. Idonea cautio, rem pupilli ſalvam fore. th. 24. Secus in honorariis, qui poteſtate adminiſtrandi deſtituuntur. num. 2. Quinam confirmandi? D. 168. th. 4. num. 1. Eſſe poſſunt affines. D. 5. diſſ. 2. th. 40. n. 5. Vitricus, etiam invitus. n. 6. 10. Non poſſunt eſſe creditores ac debitores. D. 64. th. 93. Jure Hamburg. poſſunt, modo creditum ac debitum ante diem indicent. num. 2. Licet ſint fratres. D. 87. p. 2. m. 1. th. 16. num. 8. ſeqq. Secus eſt in aſcendentibus. n. 9. Quando non poſſint eſſe fratres? num. 13. ſeqq. Si ſunt fratres, & fiunt ſuſpecti, curator iisdem adjungendus eſt. n. 15. Inventarium conficere & rationes reddere debent. th. 17. Frater a tutela excuſatus fratri minori petit. th. 18. Affines petere poſſunt pupillis. D. 5. diſſ. 2. th. 42. Poſſunt ſuſpectos poſtulare. num. 5. Si tutela removendi, illis potius curator adjungendus eſt. n. 6. Compromittere poſſunt. D. 10. th. 11. Ratione rei immobilis requiritur decretum. num. 2. 5. Honorarii in ſubſidium in ſolidum obligantur. D. 14. th. 23. num. 3. Habent tamen beneficium diviſionis. ib. Non adminiſtrantes reſpectu adminiſtrantium ſunt minus principaliter obligati. th. 25. n. 1. Habent beneficium ordinis. num. 2. Qui? D. 15. th. 29. Quando teneantur? ibid. Ad quid conſtituantur? D. 7. th. 15. num. 4. D. 137. th. 15. n. 9. th. 20. th. 25. ſeqq. Res minorum alienare nequeunt. D. 7. th. 15. num. 4. D. 137. th. 27. num. 7. A pupillis licite rem emunt. D. 7. th. 17. num. 4. D. 137. th. 29. n. 12. Hodie etiam ante litem conteſtatam ſine decreto procuratores conſtituere poſſunt. D. 66. theſ. 27.

thes. 27. num. 2. 3. Dantur a Magistratibus, quibus hoc specialiter concessum. D. 67. th. 35. Hodie ab omnibus. num. 2. 3. Ante administrationem tenentur præstare corporale juramentum. thes. 36. Jure Wirtembergico sufficit asseveratio loco juramenti. n. 3. Pecuniam pupillorum regulariter de jure novo fœnori exponere non tenentur. th. 37. num. 1. D. 64. th. 94. Aliud obtinet moribus nostris. D. 67. th. 37. num. 2. 3. D. 64. th. 94. num. 2. 3. Finita tutela ad rationes reddendas obligatur. D. 64. th. 95. D. 65. thes. 33. D. 67. th. 38. Moribus hodiernis quotannis rationes reddere tenentur. ibid. Res minorum donare non possunt. D. 7. th. 10. num. 2. In rebus minorum tunc dominorum loco habentur, cum tutelam administrant. n. 4. Illustrium personarum donare possunt. th. 11. n. 1. Solennia munera parentibus & cognatis pupilli, non vero nuptialia munera licite mittunt. num. 4. Et curatores pro minore aut ejus sorore dotem moderatam dare possunt. n. 5. Pro pupillis & minoribus ex juris necessitate propter nuptias donare possunt. D. 75. th. 31. num. 3. 4. 5. In causis pupillorum nihil ex liberalitate remittere possunt. D. 60. th. 14. n. 3. D. 20. th. 45. In rebus minorum dominorum loco habentur. D. 7. th. 14. Res minorum, etiam illis non intervenientibus, ipsorum nomine alienare possunt. ib. Quid, quale quantumve alienare possunt, illud ex minorum jure æstimandum est. n. 2. Rem pupillorum quasi suam tradentes, ejus dominium non transferunt. n. 3. In dubio hoc pupillorum nomine fecisse præsumuntur. ib. Nihil gerere possunt ante decretum magistratus, & juramentum, satisdationemque præstitam, ut & inventarium confectum. th. 15. n. 3. Plures si pro indiviso administrant, unius alienatio valida est. n. 5. Limitatur. ibid. Alienandi potestatem aliis demandare possunt. th. 16. illorumque liberi a pupillis nihil emere possunt. thes. 17. Neque per intermediam personam. n. 2. Contrafacientes amittunt rem, & solvunt quadruplum pretii. ibid. Emere possunt a contutore, vel sub hasta, vel a creditoribus distrahentibus. num. 3. Præsumuntur bona fide res minoris emere, si præcedat propinquorum consilium & judicis cognitio. th. 17. n. 5. Aut in emptione sit justum pretium determinatum. num. 6. Dativi & legitimi satisdare tenentur. D. 64. th. 91. Ante satisdationem gesta ipso jure sunt nulla. ib. Secus de Jure Hamburg. n. 2. 3. Testamentarii & legitimi confecto inventario, etiam sine decreto Magistratus, administrare possunt. th. 92. De Jure Hamburg. & hodie requiritur magistratus decretum. n. 2. 3. Inviti curam suscipere non coguntur. th. 96. Hodie plerisque in locis, ut & de Jure Hamburg. & Lubecc. tutor a curatela sese excusare nequit. numer. 2. seqq. Camera Imp. observat dispositionem juris Civilis. num. 4. In hac materia ad cujuscunque loci consuetudinem respiciendum est. num. 5. Dare pertinet ad contentiosam jurisdictionem. Disp. 96. thes. 5. num. 3.

Tutorum mutuum periculum illorum conventione non finitur. D. 15. th. 32. n. 3. Administratio ex generali consuetudine germaniæ ad annum 25. utplurimum extenditur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 5. numer. 6.

Tutoribus inventarii confectionem testator remittere potest. D. 168. th. 8. n. 3. Legitimis an mater annumeranda? Disp. 117. thes. 10.

in Tutoribus suspectis postulandis non vires patrimoniorum principaliter, sed an nihil segniter, nihil fraudulenter gerant,

rant, perpendi oportet. D. 137. th.28. numer. 5.
Tutrix honoraria mater esse desinit, matrimonio post susceptam tutelam contracto. th. 37. num. 3. S. fuerint primæ s. secundæ nuptiæ. n. 4. Nec pater hoc in testamento suo mutare aut impedire potest. n. 7. Non potest esse noverca. D. 5. diss. 2. th. 41. D. 137. th. 16. n. 5. Nec testamento dari. D. 5. diss. 2. thes. 41. num. 4. D. 137. th. 16. n. 5.

TYRANNUS.

Tyrannus quis? D. 63. th. 7. n. 3.
Tyranno an liceat resistere? n. 4.
Tyrannum peregrinus potest coercere. thes. 8.

VACANTIA BONA.

v. Bona vacantia.

VACCA.

Vacca vendita vitulus, qui adhuc lactatur, non debetur. D. 155. §. 1. th. 18. numer. 4.

VASALLUS.

Vasallus præstando servitia damni luitionem petere non potest. D. 3. thes. 34. num. 1. Propriis sumptibus se exhibere debet. n. 2. De re feudali compromittere potest. D. 10. th. 14. Dominium directum per præscriptionem acquirit. D. 56. th. 38. num. 1. Est miles, & militum privilegiis gaudet. D. 13. th. 24. n. 6. 7. De feudo litigans, juramentum sibi delatum, bona fide referre potest. D. 95. th. 17. In causa civili contra dominum postulans, feudo non privatur. D. 53. th. 26. Nec si gravis fuerit causa. ibid. De feudo, etiam inconsulto domino, transigere potest. Disp. 30. th. 3. An vias publicas jussu domini custodire teneatur? D. 116. thes. 118. Si juraverit pro se & heredibus, *dem Lehnherrn treu und hold zu seyn*, nihilominus ejus successores tenentur præstare juramentum. thes. 123. Renovationem investituræ an petere teneatur, uno ex pluribus dominis, in communione viventibus, moriente? thes. 124. Universitatis non est singulorum vasallus. D. 103. c. 3. th. 5. n. 2. An & quatenus dicatur usufructuarius? c. 4. th. 2. An feudi dominum nominare possit? D. 106. th. 9. Propter commissam feloniam regno privatur. D. 163. th. 3. n. 9. Dominum in jus vocare potest. D. 164. th. 99. n. 5. Si jusjurandum non servat, non feudum committit. ibid.
Vasalli defuncti filius, feudi successor, ob honorem patri debitum etiam heres esse & onera hereditaria ex fructibus feudi solvere tenetur. D. 126. c. 4. th. 2. n. 6. Debita an & quatenus transeant ad successores? Disp. 136. thes. 12. 13. Agnatus hereditatem allodialem retenta feudali repudiare potest. th. 13. n. 8. v. tamen. th. 12. num. 6. Filius hereditatem allodialem cum feudali utrumque vel retinere vel repudiare tenetur. th. 13. num. 8.
Vasallum contra dominum patrocinium præstare non posse, non semper verum. D. 117. thes. 21.
Vasallo feudum sub addictione in diem & conditione quidem resolutiva alienante, an locum habeat pœna commissi, pendente hac conditione. D. 152. tit. 2. thes. 10.
a Vasallo, feudo ad certum tempus ex consensu domini oppignorato, tempore vero elapso, & prorogatione non impetrata, jus pignoris extinguitur, præsertim si adjecta clausula cassatoria. D. 116. thes. 125.
in Vasallorum multitudine Principis potentia consistit. Disp. 13. th. 24. num. 6.

VECTIGAL.

Vectigal non solvente auriga, merces mercato-

catorum non cadunt in commissum. D. 18. coroll. 12. D. 85. c. 3. th. 10. vid. Commissum. Non solvens in foro Saxonico arbitrarie punitur. Disp. 85. c. 3. th. 10. numer. 7. Licet non solvatur, merces si professæ sunt, non cadunt in commissum. D. 100. th. 62. Solvere tenentur omnes, qui non reperiuntur expresse excepti. D. 166. th. 151. Non solvunt navicularii s. naucleri. th. 152. Quinam sint tales. th. 153. Ecclesiastici. th. 154. Consiliarii Principum, Assessores Cameræ. th. 155. Professores, Studiosi. th. 156. An repeti possit, si res aliqua sub addictione in diem & quidem sub conditione resolutiva vendita fuerit, conditione illa existente? D. 152. tit. 2. th. 15.

in Vectigali non soluto a pupillo triginta dies conceduntur. D. 138. c. 3. artic. 4. thes. 4. numer. 12.

pro Vectigali quod solvendum erit, an in pecunia consistere an vero præcise ex rebus s. speciebus istis pendi ac præstari debeat? D. 166. th. 150.

Vectigalia præscribuntur per tempus immemoriale. D. 138. c. 3. art. 7. thes. 7. num. 6. Nova prudenter rebus ad luxum pertinentibus imponuntur. D. 100. th. 57. Exigendi jus primo tantum Imperator habuit, deinde Electores quoque nacti. D. 159. c. 6. th. 51. num. 2. Nova erigere vel antiqua augere non licet. num. 3. Ad solvenda in foro conscientiæ quis obligatur. num. 4. Sine Imperatorum præcepto constituere, reformare & his addere non licet? D. 166. th. 111. Sed est reservatum Imperatoris. thes. 112. seqq.

Vectigalium defraudationis pœna est commissi. D. 159. c. 6. th. 51. num. 5. Præstationi subjectæ non sunt res exercitui paratæ. D. 166. th. 159. An res ad agriculturam pertinentes? th. 160. Societas interdum cum heredibus continuatur. Disp. 150. tit. 2. §. 3. thes. 1.

ex Vectigalibus si aliquid debeatur, compensatio non admittitur. D. 149. tit. 2. thes. 3. numer. 5.

VENARI.

Venandi jus habet, qui habet territorium. D. 159. c. 6. th. 36. num. 2. Jus omne an jure subditis a Principibus sit ademptum? D. 166. th. 234. D. 167. thes. 4. num. 2. Jus in alterius domini territorio quis habere potest. D. 159. c. 6. thes. 82. num. 4.

VENATIO.

Venatio ad regale spectat. D. 159. c. 6. th. 36. num 4. D. 166. thes. 233. Est Juris Gentium. D. 167. th. 4. num. 2.

Venatione concessa, non statim jus aucupandi & piscandi cuidam concessum. Disp. 166. thes. 236.

VENDERE.

Vendere frumentum extraneis prohibitus, nec farinam vel panem illis exportandum vendere potest. D. 151. th. 15.

ad Vendendum nemo de jure cogitur, sed mercatur. D. 100. th. 151.

Vendens rem eandem duobus de jure pœna L. Corneliæ tenetur. th. 145. Rem uni venditam & eam alteri tradens non committit crimen stellionatus. D. 18. coroll. 11. Duobus rem eandem, *diversis* in contractibus, crimen falsi committit. Disp. 62. thes. 61.

Vendicarius potest dilata solutione. Disp. 100. thes. 136.

Vendita si ead. res pluribus, & uni tradita, quis præferatur? Disp. 37. thes. 5.

Vacca, non debetur vitulus, qui adhuc lactatur. D. 155. §. 1. th. 18. num. 4.

Vinea locata cui debeatur merces? th. 23. Re ad mensuram, si alia mensura in loco rei sitæ, alia in loco contractus, quæ attendenda? D. 100. th. 140. 141.

Re

Re duobus, potior eſt ille, cui tradita, licet alter ſit in poſſeſſione. theſ. 142. Si res primum alicui fuerit jurato, alteri ſimpliciter, & tradatur, potior quis? th. 143. In re per averſionem, emptoris eſt lucrum & damnum. th. 144.

Venditæ rei dominium ante ſolutionem in emptorem non transfertur, ſi ſc. fides de pretio non eſt habita? D. 112. th. 34. num. 4. Ubi venditor rem nondum traditam quaſi pignus retinere poteſt. num. 5.

Venditam rem dominus numorum, cujus numi alteri pro pretio ſoluti, vindicare nequit. D. 155. ∫. 2. th. 13. n. 2. Niſi ſit miles vel tutor, qui pupilli pecunia rem emit. num. 3.

Venditis ædibus locatis cujus ſit merces? §. 1. th. 2. Quæ tanquam pertinentiæ veneant? th. 39. num. 1. An hortus? num. 2. An catena & ſitula putei? num. 3. An pharmacopolium? n. 4.

Venditi actione petitur reſiduum pretii, æque ac totum pretium. D. 122. th. 27. num. 1.

Vendito vino ne deguſtetur, & per averſionem, emptoris eſt periculum. Diſp. 154. tit. 6. §. 1. th. 24. num. 1. Limitatur. n. 2. Diverſorio, lecti perpetui uſus gratia ibidem exiſtentes pro ejus pertinentiis habentur. D. 155. ∫. 1. th. 30. Caſtro, an territorium, jus patronatus, merum imperium, jurisdictio & alia jura eidem adhærentia vendita cenſeantur? th. 31. num. 1. An tormenta & arma bellica? n. 4. Fundo debentur ſtramenta & ſterculinum agri ſtercorandi cauſa, & ſervi adſcriptitii. th. 32. Fundo ſervitutes debitæ etiam debentur. th. 33. Stagno & vivario, an piſces debeantur? th. 34.

Vendenda traditur, ſi res certo pretio æſtimata, eaque majoris vendita, lucro dantis cedit ſuperfluum. D. 116. th. 48. D. 118. th. 38. Illudque tradens actione æſtimatoria jure petit. Diſp. 122. theſ. 14. num. 7. Quis caſum fortuitum h. c. præſtet? D. 118. th. 38. v. plura voc. Actio venditi.

VENDITIO.

Venditio conditionalis ratione pœnitentiæ pro perfecta habetur. D. 67. th. 17. Ita, ut alteruter ab ea, nec relinquendo arrham, vel acceptam in duplo reſtituendo, diſcedere queat. n. 1. Secus de Jure Wirtembergico. num. 3. Dicitur celebrata, etſi nondum ſit perfecta. D. 11. th. 113. n. 3. Rerum immobilium quando dicatur de Jure Wirtembergico perfecta? th. 115. n. 3. ſeqq. Non reſcinditur, ſi res vendita alteri obligatur. D. 155. ∫. 1. theſ. 17. num. 2. Si ad quantitatem facta, resque ante menſuram pereat, venditor pretium acceptum reſtituere tenetur, an etiam intereſſe? D. 154. tit. 6. ∫. 1. th. 18. n. 1. 2. Ad plenam cuſtodiam venditor h. c. obligatus eſt. n. 3. Si ante adnumerationem vel appenſionem traditio facta, dominium per illam traditionem transfertur. th. 19. num. 2. Sub haſta facta perpetuam habet firmitatem. tit. 5. ∫. 1. th. 43. num. 3. An admittat querelam enormis læſionis? n. 1. 2. Si ſub conditione conſtitutiva contracta, rei interitus pertinet ad venditorem, deteriorationis vero, exiſtente conditione, ad emptorem. tit. 6. ∫. 1. th. 12. Ad quantitatem contracta ratione periculi habetur pro imperfecta, & periculum ejus ante appenſionem, adnumerationem & admenſionem ad venditorem pertinet. th. 15. n. 1. 2. Ampliatur. ſ. res ſit fungibilis, ſ. ſpecies mobilis ſ. immobilis. numer. 3. S. in ſingulas amphoras vini pretium dictum ſit, vel inſimul, v. gr. centum amphorarum unum pretium ſit conſtitutum. th. 16. Aut univerſum vinum, quod

quod in doliario eſt, venierit, certo tamen in ſingulas amphoras conſtituto pretio. th. 17. num. 1. Aut vinum fuerit deguſtatum. num. 2. Aut dolium ſignatum. numer. 3. Limitatur, ſi hoc ſpecialiter ſit conventum. th. 19. n. 1. Aut res tradita citra admenſionem. &c. num. 2. Aut die menſuræ faciendæ præſtituto per emptorem ſtet, quo minus menſura fiat. th. 20. Ad guſtum facta quatenus ſit imperfecta? th. 23. num. 1. Quidſi vaſa fuerint ſignata? num. 2. Aut intra diem deguſtationi præſtitutum, vinum ſine culpa & mora venditoris non fuerit deguſtatum? num. 3. Quando præſumatur? th. 22. num. 2. Ob inſinuationis omiſſionem an nulla ſit? D. 101. th. 22. Nec ob enormiſſimam læſionem eſt ipſo jure nulla. D. 115. th. 46. Ipſo jure nulla eſt, ſi mandatarius, mandati fines excedens, rem minoris vendit. D. 150. tit. 1. ſ. 2. th. 6. Frumenti vel ſimilium rerum ſubditis ex juſta cauſa erga extraneos a magiſtratu interdici poteſt. D. 151. th. 14. Imperfecta eſt, ſi res certi generis nullo determinato ejusdem individuo fuerit vendita. D. 154. tit. 6. ſ. 1. th. 25. n. 1. 2. 3. Quid ſi certa ſpecies ſignata? num. 4.

Venditionis ea eſt natura, ut pretium ſtatim ſit ſolvendum & venditor, integro pretio nondum accepto, rem venditam emptori tradere non teneatur. D. 51. th. 5. num. 2.

Venditioni pœna convent. uſuris major, in fraudem uſurarum addita, non valet. D. 113. th. 30. ſeqq. S. explicite ſ. implicite addita. th. 32. Quando hoc videatur factum? ibid.

Venditione ad quantitatem facta, ſi ante menſuram pretium decreſcat, ad emptorem hoc damnum pertinet. D. 154. tit. 6. §. 1. th. 21. Duarum rerum alternative facta, periculum illiusque prius interiit, ad venditorem pertinet, quæ vero poſterius, ad emptorem. th 26. num. 1. Quid ſi pariter perierunt? numer. 2.

in Venditione ſub lege commiſſoria venditor poſt diem lege commiſſoria comprehenſum partem pretii accipiens, hoc ipſo a d. lege receſſiſſe videtur. D. 122. th. 14. Reliquum tamen petere poteſt. num. 1. v. plura voc. Emptio. Actio empti venditi.

VENDITOR.

Venditor fidem de pretio non habens, rem venditam vindicare poteſt. D. 59. th. 23. n. 4. Rem venditam ſub hac conditione tradens, ut res illa, donec pretium ſolvatur, ſit obligata, habet hypothecam privilegiariam. th. 29. n. 8. Fidem de pretio habens, in reſiduo pretii habet de Jure Saxonico perſonale exigendi privilegium. th. 40. De Jure Wirtembergico habet in re vendita ratione reſidui pretii tacitam hypothecam. ib. num. 3. D. 67. th. 11. num. 2. Secus de jure civili. th. 11. numer. 1. Etſi duplum pretii offerat, a venditione perfecta reſilire non poteſt. D. 11. th. 109. Niſi adverſarius conſentiat. num. 8. Omnia ſua bona primo emptori obligans & poſtea ſecundo emptori vendens & tradens, an primus emptor potior ſit? Diſp. 100. theſ. 148. Si rem uni venditam alteri donet & tradat, potior donatarius eſt. th. 149. Si habet facultatem rei tradendæ, præciſe ad traditionem cogi poteſt. D. 19. th. 55. Qui rem venditam emptori petenti, ſed pretium non ſolventi, tradere recuſavit, jure tamen pretium ab emptore exigit, licet illa poſtea apud venditorem perierit, quæ non periiſſet, ſi tradita fuiſſet. D. 117. theſ. 20. Qui fidem de pretio habuit, rem immobilem tradidit, ſed ejusdem dominium

nium judicialiter non resignavit, an habeat privilegium in concursu creditorum? D. 101. th. 22. An excusetur, si nuncio falso emptoris nomine venienti, quantitatemque debitam offerenti rem tradiderit? D. 107. th. 49. n. 9. 10. Si rem venditam per idoneum nuncium mittit, nuncius vero cum re illa aufugit, aut illam perdidit, rei illius periculum non ad venditorem, licet adhuc sit Dominus, sed emptorem pertinet. th. 55. num. 32. In casum rei venditæ non traditæ s. evictæ, pœnæ nomine, duplum, triplum &c. promittere potest. D. 113. th. 31. num. 3. Instrumenta authentica, quibus juris sui probatio continetur, emptori tradere non tenetur. D. 115. th. 49. Ex lege 2. C. de resc. vend. adversus emptorem, non vero contra tertium possessorem habet regressum. th. 47. Partem debiti accipiens, residuam ejus partem actione venditi ab emptore petit. D. 122. th. 12. n. 4. Licet res vendita ex præcepto principali partim sit distracta. ibid. Vel pro residuo totam rem emptor offerret. num. 5. Utens lege commissoria, & rem venditam recipiens, residuum fructuum ab emptore interim perceptorum repetit. th. 14. num. 2. Nisi emptor partem pretii antea solutam pacto amiserit. num. 5. Pretio etiam post moram soluto usurarum residuum petere nequit. th. 19. numer. 2. seqq. Nisi de usurarum exactione protestatus. n. 5. Jus retentionis habet in re vendita & nondum tradita, pro pretio convento. D. 123. th. 21. Ante rei traditionem est verus rei venditæ dominus. D. 135. th. 17. n. 5. Etiamsi nihil peculiariter dicat, obligasse se censetur ad ea omnia, quæ venditionis sunt naturalia. D. 139. th. 5. num. 3. Rem venditam & emptori traditam condictione c. d. c. n. sec. non repetere potest, etiamsi emptor pretium solvere cesset. D. 145. tit. 4. th. 3. num. 8. Rem venditam præcise tradere tenetur. D. 155. §. 1. th. 8. num. 1. 2. 3. Rei traditione vel dominium vel conditionem usucapiendi transfert. n. 6. De evictione tenetur, si ususfructus rei venditæ evictus. th. 14. num. 1. Si res vendita debeat servitutem prædialem, an & quatenus de evictione vel interesse teneatur? numer. 2. 3. 4. 5. Ut rem venditam debito modo tradere, & obligationi suæ satisfacere videatur, requiritur, ut I. vacuam rei possessionem & quidem non tantum secundum quid, sed simpliciter talem, tradat. th. 10. num. 1. 2. 3. 4. An hodie judicialis resignatio sit necessaria? n. 5. Quid in foro Saxonico, & Wirtembergico? n. 6. 7. II. In debita quantitate & ad modum in contrahendo dictum. th. 11. III. In debita qualitate. th. 9. num. 1. Non vitiosam & liberam (1) a servitutibus. thes. 9. n. 2. th. 10. Maxime si vendita ut optima maxima. th. 10. num. 1. Quid si ususfructus evictus. th. 14. n. 1. Aut res vendita prædialem debeat servitutem. num. 2. (2) A pensitationibus. th. 15. num. 1. An etiam ab usitatis & consuetis. n. 2. Quid si fundum, ab omnibus oneribus, *wie sie nahmen haben mœchten*, liberum dixerit? numer. 3. Aut hæc onera pacto in se receperit? num. 4. An h. pactum valeat quoad contrahentes? numer. 5. Quid si res vendita, quam liberam dixit, aut simpliciter vendidit, alia pensitatione non communi gravata? thes. 16. num. 1. Quid si venditor hoc onus scivit vel ignoravit? ibid. Quid si emptor scivit? num. 2. seqq. Quid si sint onera nova? n. 5. (3) A pignoris onere. th. 12. n. 1. Si res vendita alteri obligata, quomodo emptori subveniatur? num. 2. 3. IV. Cum fructibus aut aliis accessionibus

bus & pertinentiis. th. 18. seqq. Retinet fructus naturales ante venditionem perceptos. th. 13. n. 3. 4. Post moram tenetur ad fructus percipiendos emptori restituendos. th. 21. An & quatenus fructus civiles habeat? thes. 22. An consequatur mercedem vinea locata vendita? th. 23. Aut ædibus locatis venditis. th. 24. Instrumenta authentica ad rem venditam pertinentia an emptori tradere teneatur? thes. 36. Retinet totum thesaurum post contractum in fundo vendito, sed nondum tradito inventum. th. 38. 39. Si quid in specie rei venditæ accessurum dixerit, illud in specie emptori tradere tenetur. th. 40. Rem venditam traditam, pretio nondum soluto, in concursu creditorum aute omnes creditores emptoris vindicare potest. D. 155. §. 1. th. 5. n. 2. Nisi venditori alio modo satisfactum fuerit. n. 3. Aut fides de pretio habita. ib. Quid si emptor dolose in casu, ubi fides de pretio habita, cum venditore egerit, emendo rem, cum jam solvendo non fuerit? th. 42. n. 2. Per rei venditæ traditionem præstat saltem, rem emptori habere licere, & non necesse habet, ut rem emptoris faciat. th. 41. num. 2. Limitatur in rebus fungibilibus, quæ usu consumuntur. n. 43. evictionem ex natura contractus præstare tenetur. th. 41. n. 3. Post moram, ultra usuras, etiam lucrum cessans petere nequit. §. 2. th. 21. num. 1. In casum evictionis emptori jure promittit duplum. th. 22. num. 3.

Venditoris satisdatio an & quando admittatur, periculo evictionis imminente? th. 8. Est electio, quem tradere velit, Sticho vel Pamphilo certo pretio vendito. D. 154. tit. 6. th. 26. num. 1.

Venditori, scienter alienam rem vendenti & tradenti, obstat exceptio doli. D. 155. §. 2. th. 7. Quid si ipse ignoret, & ante pretium solutum evictionis periculum immineat? th. 8. Quid si non immineat? th. 9.

ad venditorem pertinet periculum, exustis ædibus sub expressa conditione venditis. D. 115. th. 48. Licet postea conditio existat. ibid.

VENEFICIUM.

in Veneficio conatus pro ipso delicto hodie punitur. D. 139. thes. 6. numer. 9.

VENEFICUS.

Venefici capite puniuntur. D. 65. th. 59. Jure Elector. Saxonico quandoque pœna mitigatur, quandoque exasperatur. num. 2. 3.

VENENUM.

Veneno hominem necare, plus est quam gladio. D. 141. th. 44.

Veneno occidere non licet ad gladium condemnatum. ibid. Adversus hostes uti Jure gentium non est permissum. ibid. Inficere spiculam vel ferrum, jus Gentium vetat. ibid.

VENETIA.

Venetorum respublica præ aliis purissima extat. D. 159. c. 1. th. 6. n. 3. Vocatur Serenissima. num. 4. An Imperio recte se exemerit, & quo titulo? D. 164. thes. 53.

VENIA.

Veniæ facilitas incentivum tribuit delinquendi. D. 6. th. 5. num. 2.

VENIA ÆTATIS.

Venia ætatis quando concedatur? D. 166. th. 77. seqq. Minoribus ad hoc conceditur, ut de propriis rebus liberius disponere valeant. D. 137. th. 17. num. 6.

Veniam ætatis Jure Justinian. tantum concedit Imperator. D. 118. th. 102. Hodie etiam Princeps & Status Imperii. ib. Qui impetravit, tamen non potest esse tutor

tutor honorarius. D. 137. th. 17. n. 6. Bona ejus immobilia tamen pleniſſimo hypothecæ jure non obligantur. th. 17. num. 8. Impetraturis in fœminis octodecim anni requiruntur. D. 138. c. 3. art. 7. th. 5. num. 3. In maſculis viginti anni. num. 4. Habentes & minus idonee adminiſtrantes, nequeunt in integrum reſtitui. D. 159. c. 6. theſ. 29. num. 2. 3. Poſſunt omniſa agere, quæ minor cum curatoris conſenſu. ib. Dare regale majus eſt. D. 166. th. 76. ſeqq.

VERBORUM OBLIGATIO.

Verborum obligatio non oritur ex numeratione, ſed ex ipſis verbis & ſtipulatione. Diſp. 142. §. 2. th. 1. num. 2.

in Verborum obligationibus locum habet computatio naturalis. Diſp. 138. c. 3. art. 1. theſ. 4. num. 2.

VERBUM.

Verba ſunt indices animi. D. 1. th. 12. num. 6. D. 83. theſ. 34. n. 2. In JO. ſæpe in Jure non actionem, ſed rem denotant factum. D. 17. theſ. 2. num. 2. permittentia, ut ambigua ex jure naturæ interpretari nos convenit, utrius generis ſit permiſſio. D. 13. th. 22. num. 5. Sub jugo mentis ſunt. D. 83. th. 34. num. 2. Sæpius inſtrumentis ex Notariorum ignorantia adjiciuntur, quæ negotiis & contrahentium mentibus inconvenientia ſunt. num. 4. In dubio ita interpretari debent, ut minus obligent. D. 120. th. 40. num. 4. Quæ ſupponunt aliud, nihil diſponunt ſuper eo, quod ſupponunt. D. 121. c. 3. th. 4. n. 5.

Verborum ſtudium non eſt negligendum. D. 138. c. 1. th. 1. num. 1. Proprietati non ſemper eſt inhærendum in ſtatutis. D. 58. th. 12. n. 11.

Verborum propria ſignificatione in dubio, maxime in jure ſingulari non eſt recedendum. Diſp. 18. theſ. 19. num. 3. Diſp. 88. th. 17. num. 18.

de Verbis fruſtra litigamus, ubi de re conſtat. Diſp. 98. th. 3. num. 1.

VERISIMILE.

Veriſimile quod non eſt, illud falſitatis habet imaginem, & omnino rejiciendum eſt. D. 11. th. 105. num. 6.

VERSIO.

Verſio latina Novellarum vulgaris eſt hodie recepta, nec in foro ab illa recedere licet, licet textus græcus, quem habemus, alterius ſenſus eſſe oſtendatur. D. 22. theſ. 8.

Verſio in rem alterius non ſemper a creditore probanda. D. 129. th. 59. n. 4. 5. Patris vel domini quando facta dicatur? D. 148. tit. 3. th. 3. Eſt ab actore probanda. num. 5. A creditore probanda eſt, ſi dicat debitum eſſe ſociale. D. 4. th. 61. Fallit, ſi creditum ob cauſam ſocietatis in genere vel in ſpecie expreſſam. th. 62. Pecuniæ creditæ in utilitatem mariti tanquam potentioris præſumitur. num. 3. In cauſa civitatis eſt probanda. D. 103. c. 3. theſ. 16. num. 3. Et quidem a creditore. c. 5. th. 4. num. 1. ſeqq. Nec ab onere probandi creditor relevatur, quamvis in inſtrumento dicatur, pecuniam in rem civitatis verſam. num. 5. Secus hoc eſt in alio, qui ex mandato domini aliena gerit negotia, ibi enim ſufficit, ſi conſtet eo tempore & loco mutuam pecuniam fuiſſe neceſſariam, in eamque cauſam creditam. c. 3. th. 16. n. 2. th. 18. num. 2. In rem adminiſtratoris in dubio facta præſumitur. c. 5. theſ. 14. num. 5.

Verſionis probatio eſt difficilis. theſ. 5. th. 7. In hac probatione Senatores aut adminiſtratores creditori aſſiſtere & eam ſuggerere debent. th. 5. Quando & quæ conjecturæ & præſumptiones admittantur? th. 7. Non factæ exceptio

etiam instrumento quarentigiato & ad impediendam paratam executionem opponi potest. c. 3. th. 19. num. 1. 2. Licet in instrumento eidem fuerit renunciatum. num. 3. Cum exceptione non numeratæ pecuniæ eadem non est. num. 4.

Versionem semel factam esse, si creditor probaverit, sufficit, licet perpetuo versa pecunia non duraverit, sed ex postfacto civitati utilis esse desierit. c. 5. thes. 7. num. 4.

ob Versionem in rem patris vel domini qualis actio detur? D. 148. tit. 3. th. 7.

de Versione pecuniæ creditæ regulariter nemo est sollicitus. D. 4. th. 62. n. 14. v. Actio de in rem verso.

VERWANDTE.

verbum *Verwandte, befreundte* affines comprehendit. D. 5. diss. 2. th. 39. n. 7.

VESTIMENTA.

Vestimenta pauperibus relicta quomodo præstanda? Disp. 79. c. 9. num. 79.

ad Vestimenta & jocalia pro conditione status maritus uxori tenetur. Disp. 4. thes. 24. numer. 4.

VETANS.

non Vetans vel patiens in quantum obligetur? D. 139. thes. 9. num. 15. 18.

VIA.

Viæ jus qui habet, coercitionem quoque habet, si conductus tempore internecio contingat. D. 159. c. 6. th. 39. n. 5. A jure indagandi & persequendi spoliatores differt. th. 40. numer. 2. Principes contra inferiores acriter defendunt. thes. 82. num. 3.

in Via utenda triginta dies conceduntur. Disp. 138. c. 3. art. 4. thes. 4. n. 12.

Viæ publicæ quæ? D. 166. th. 130.

Viarum publicarum usus communis Jure Gentium putatur & contra eos, qui harum usum sine justa causa impedire volunt, Camera Imper. mandata sine clausula decernere solet. th. 131. Securitate qui ex salvi conductus largitione utuntur, jureque conducendi per vias publicas, vulgo *mit Gelait auf Kayserl. freyen heerstrassen*, fruuntur, debitumque pedagium edunt, nominaque sua profitentur, nihilominus tamen in conducentis Principis territorio spoliantur, Princeps istius territorii spoliatis omne damnum resarcire tenetur. th. 134.

VICARIUS.

Vicarii Imperii omnia possunt, nisi quæ specialiter inveniuntur prohibita. D. 6. th. 2. num. 3. Etiam ea, quæ dicuntur gratiosa, concedere possunt. ib.

VICTALITIUS.

Victalitius contractus in se justus est. D. 71. thes. 29.

VICTORIA.

Victoria litis magnis sumptibus & molestiis redimenda est. Disp. 64. præf. n. 3. 4. 5.

VIDUA.

Vidua intra annum luctus nubens fit infamis, hereditatem ac omnia a marito accepta amittit. D. 68. p. 4. th. 10. D. 75. th. 67. n. 5. Jus Canonicum infamiam abolevit. D. 68. p. 4. th. 10. n. 2. Et cæteræ pœnæ juris civilis moribus nostris sublatæ sunt. n. 3. seqq. Ante semestre tempus nubens quomodo puniatur de Jure Wurtembergico? n. 7. D. 75. th. 68. Si intra semestre tempus inhoneste vivat, quomodo puniatur de Jure Wurtembergico? D. 68. p. 4. th. 10. n. 8. D. 75. th. 70. n. 4. Quid hoc in casu obtineat de Jure Saxonico? D. 68. p. 4.

p. 4. th. 10. n. 9. D. 75. th. 70. n. 2. 3. Intra annum luctus sponsalia impune contrahere potest. D. 75. th. 69. n. 2. 3. Inhoneste vivens lucro donationis propter nuptias privatur. th. 70. Ob dissolutam & infamem vitam an amittat quæstuum portionem? D. 128. c. 6. th. 4. n. 1. 2. An ob dissipationem vel amotionem quæstuum. &c. n. 2.

Viduæ retinent dignitatem mariti. D. 116. th. 114. D. 118. th. 114. Si autem sequioris ordinis marito postea nupserint, sequuntur mariti conditionem. ibid. An hoc etiam in personis illustribus procedat? D. 118. th. 114.

VINCERE.

Si vinco vincentem te, multo magis vinco te ipsum. D. 87. p. 2. m. 1. th. 15. num. 13.

VINCULUM.

Vincula duo fortius ligant, quam unum. D. 18. th. 14. n. 4.

VINDEMIA.

Vindemialium feriarum tempore nemo in judicium venire debet. D. 81. th. 25. n. 1. Non habetur ratio illiis in provinciis, ubi nullæ colliguntur uvæ. n. 4.

VINDICARE.

Vindicans rem suam omnibus quibuscunque creditoribus præfertur. D. 59. th. 17. n. 3. 4. & th. 48. n. 2.

VINDICTA.

Vindictam morientes remittere censentur. D. 136. th. 28. n. 1.

VINEA.

Vinea si durante matrimonio in solo alterutrius conjugis plantetur, ad quem pertineat? D. 128. c. 4. th. 18. n. 4.

Vineæ causa comparati pali, antequam ibi collocantur, non sunt fundi. D. 155. §. 1. th. 27. n. 5.

VINUM.

Vino ad gustum vendito cujus sit periculum? D. 154. tit. 6. §. 1. th. 23. Ne degustetur & per aversionem vendito, omne periculum est emptoris. th. 24. n. 1. Limitatur. n. 2.

VIRGINITAS.

Virginitas semel corrupta restitui non potest. D. 64. th. 71. n. 5.

VIRGO.

pro Virgine ducta vitiata potest repudiari. D. 139. th. 20. n. 6. Limitatur. ibid. Vitiatam, licet ignoranter, ducens, eam de Jure Canonico repudiare nequit. D. 64. th. 72. n. 1. Ducens vitiatam opus misericordiæ fecisse dicitur. th. 71. n. 1. Jure Hamburg. ignorans ducens, & postea eam non cognoscens, eam repudiare potest. th. 72. n. 2. 3. Quod & in praxi observatur. n. 4.

VIRGULA DIVINATORIA.

Virgula divinatoria quid? D. 135. th. 13. n. 6. Non est magicum instrumentum. num. 5.

VIS.

Vis quid? D. 139. th. 20. n. 8. Voluntatem exterminat. ib. Publica ex objecto & persona facientis & patientis æstimatur. D. 141. th. 37. Publicæ pœna hodie est arbitraria, modo non incidat in crimen fractæ pacis publicæ. th. 38.

ad vim armatam sufficiunt arma, quamvis ad offendendum vel defendendum non sint ordinata. th. 36.

Vi metuque gesta negotia regulariter ipso jure valent, & indigent rescissione. D. 139. th. 7. n. 3. Secus est in matrimonio. ibid. Similis est persuasio. n. 4. Magna cogente qui aliquid facit ad sui vel suarum rerum conservationem, licet exinde damno proximus afficiatur, excusatur a dolo. D. 3. th. 2. n. 5. & th. 8. n. 3.

VITIOSUS.

Vitiosum per æque vitiosum non confirmatur aut purgatur. D. 98. thes. 17. num. 1.

VITIUM.

Vitium rei purgatur, si res in potestatem domini pervenit. D. 19. th. 28. Animalis licet non sit ita manifestum, ut statim appareat, modo ex diligentiori inspectione cognosci possit, tamen cessat redhibitoria. D. 116. th. 51. Rei venditæ etsi venditor ignoraverit, tamen locum habet edictum ædilitium. D. 118. th. 41. Sed diversa ignorantis & scientis est præstatio. ibid.

VITRICUS.

Vitricus non recte collocatur inter personas, quæ jure tutores esse prohibentur. D. 117. th. 4. Parentis loco est. D. 87. diss. 2. th. 6. n. 2. Sed eo nomine proprie non venit. n. 6. D. 13. th. 17. Privignos paterno affectu prosequi debet. D. 87. diss. 2. th. 7. Male vulgo audit. th. 8. Unde ita vocetur. diss. 1. c. 3. th. 3. n. 34. & diss. 2. th. 9. n. 16. Sæpius privignos vere amat. diss. 2. th. 9. Privignorum tutor, eos adoptare potest. n. 4. In dubio censetur bonus. n. 15. A privignis filiali amore prosequendus est. th. 10. Non habet privilegia parentibus in jure concessa. th. 6. n. 7. & th. 12. Famosa actione a privignis conveniri. th. 12. n. 3. Et sine venia in jus vocari potest. ibid. Privignum alere non tenetur. th. 14. n. 2. Disp. 4. th. 31. n. 8. Limitatur. ibid. & D. 87. diss. 2. th. 14. n. 4. 6. 8. Potest esse tutor privigni. D. 87. diss. 2. th. 40. num. 6. 10. Privignum educare. n. 10.

VIVERE.

Vivere hominem centum annis præsumi, ridiculum est. D. 138. c. 3. art. 7. th. 7. num. 3.

ULTIMA VOLUNTAS.

Ultima voluntas ambulatoria est usque ad extremum vitæ exitum. D. 161. th. 6. Etiam juramento vallata. ibid. Disponentis tamen non deficit, causa præterita deficiente. D. 139. th. 18. n. 3. Limitatur. ibid. Sub quacunque conditione restringi potest. th. 17. n. 2.

Ultimæ voluntatis quam ut liber sit stylus, nihil est, quod magis hominibus debetur. D. 122. th. 18. n. 1. Liberrimus, postquam jam aliud velle non possumus, debet esse stylus. D. 139. th. 7. n. 6.

per Ultimam voluntatem an servitutes ipso jure sine quasi traditione constituantur? D. 117. th. 25.

Ultima voluntate ususfructus non tantum promittitur sed & constituitur. D. 118. th. 13. Quasi ususfructus potest relinqui. D. 38. th. 18.

ab Ultima voluntate defuncti interdum prætor jure recedit, & utilitatem pupilli potius, quam scripturam testatoris sequitur. D. 137. th. 22. n. 10.

Ultimæ voluntates de nocte fieri possunt. D. 138. c. 3. art. 3. th. 1. n. 6.

Ultimarum voluntatum nulla est obligatio cum nulla sit conventio. Disp. 161. th. 6.

in Ultimis voluntatibus particulæ disjunctivæ conjungunt. ib. Jurisjurandi conditio, etiam m. c. donationibus, tanquam turpis, regulariter rejicitur. D. 44. th. 1. Ita, ut hujusmodi dispositiones pro puris habeantur. ib. Rem tamen, quam quis juramento jussus est promittere, omnino præstare tenetur, nec relictum prius efficaciter petere potest. ibid. An & quando tempus incertum adjectum faciat conditionem? D. 139. th. 16. num. 5. seqq. An conditio retrotrahatur? thes. 17. n. 10. Conditio impossibilis positive talis, & quidem perpetuo & natura, per se scil. vel ratione circumstantiarum vitiatur. num. 13.

num. 13. seqq. Limitatur. ib. Si talis est propter perplexitatem, dispositionem vitiat. num. 17. Si lege impossibilis, vitiatur & detrahitur. n. 18. Si facto impossibilis, effectum dispositionis impedit. num. 19. Si ad tempus impossibilis, differt negotium. n. 20. v. voc. Voluntas.

UNIO PROLIUM.

Unio prolium adoptioni similis est. D. 87. diss. 2. th. 39. Requirit conjunctorum præsentiam & consilium. n. 2. Sufficit & affinium. num. 3. Juri Civili est incognita, imo contraria. D. 68. p. 3. th. 20. num. 2. Recepta est Jure Wirtemberg. & aliorum locorum statutis. num. 2. 3. Non fit die feriato & sacro. D. 28. th. 8. D. 96. th. 52. numer. 3. 10.

per Unionem prolium unitam sororem an quis ducere possit? D. 87. p. 2. m. 1. th. 4. num. 13. Uniti fratres sibi invicem non succedunt. p. 2. m. 2. th. 54. numer. 15.

UNIVERSALIS.

Universalis dictio omnia comprehendit, etiam ea, quæ cogitari potuerunt. D. 82. thes. 22. num. 20.

Universali propositioni æquipollet indefinita. Disp. 15. thes. 11. num. 3.

UNIVERSITAS.

